ter tuus. nu. 1. in apost. in ver. vellet instituere filium. & ibi etiã posui, in add. ad
B. l. in prin. in ver. pater tuus. C. de hær. insti.

§. Neq. illo.

Hic incipit dicere de secunda parte rubri-
cæ. Tertiæ partis diminutio, quæ lege anti-
qua nepotib. & pro nepotib. auferebatur, hodie correctionem ca-
pit ad qualitatem mensuræ redactam, & filij ex nuptijs sine dote,
nati, & ẽt per nuptias legitimati, tanq̃ legitimi p oĩa succedũt. na
turales autem ex legitimo concubinatu nati liberis lĩmis existẽ-
tib. ex testõ, nisi pro parte succedunt, sed liberis, uel uxore nõ exi-
stentib. ex testõ succedere p̃nt, usq; ad medium totius substantiæ,
& ab intestato in 2. vncijs, cum eorum matre percipiendo: sed si
simul plures habuit concubinas, & ex eis filios, filij ab omni suc-
cessione penitus excluduntur, usq; ad §. illud quoque.

1 *Erubescimus cum sine l. loquimur.*
2 *Alimenta, an debeantur filiis naturalibus, vltra duas uncias, remissiue.*

1 a §. Consideremus.

† No. ꝙ erubescim⁹ cum sine l. loquimur. a sic 39. dist. c. deni-
2 de. uersi. quæro. † Quæro, vtrũ filij naturales habeant alimenta, &
ultra hoc duas uncias. hic tex. dum dicit. & nutrimentum, &c. ui
detur uelle, quod sic, quod firmat glo. j. qui. mo. na. effi. sui. §. si qs
autem. ibi tex. concor. cum isto. de qua quæstione dicam inf.

ADDITIO.

a Erubescimus cum sine l. loquimur. Simile dictum habes in l. illam. C. de coll.

1 *Donatio*

1 *Donatio simplex facta filio, quãdo cõfertur, siue in ptãte, siue emancipato.*
2 *Collatio, an fiat inter suos, vbi quod sic in profectitijs, non aduẽtitijs.*
3 *Filius in potestate, an conferat emancipato.*
4 *Emancipatus confert suo profectitia, non aduentitia.*
5 *Emancipatus emancipato hodie confert profectitia tantum.*
6 *Collatio, quando habeat locum inter non suos, nec emancipatos.*
7 *Descendens, quod non conferat extraneo.*
8 *Collatio per non possidentem petitur fieri officio iudicis, vel per denegationem actionis.*
9 *Collatio fit tribus modis.*

§. Illud quoque.

Collatio datorum ab intestato, & ex testamento fieri dẽt, nisi expresse aliud dictum sit, oĩb. q prius de collationibus dicta sunt confir-
1 matis. h. d. & imperator hic tractat de tertia parte rubricæ. † Quæro, de qua donatione hic loquitur, cum alia donatio sit simplex, alia ob causam, vt dos, & donatio p p nuptias. Dicit Io. ꝙ intelligitur, siue sit simplex, siue ob causam Bur. Doc. & Dy. dicunt idem quod ipse Io. ĩ donatione ob causam. Sed ĩ simplici donatione dicunt ꝯ, nisi in trib. casib. vt habetur in glo. & eandem habes in authen. ex testa. C. de col. quæ sumitur ex isto §. verum tamen dicũt ibi Mar & alij tenẽtes opi. ꝯ Io. ꝙ qñ donatio simplex sit emancipato nullo modo fiet collatio, quia donatio tenuit ab initio, vt l. si pater. C. de inof. do. Sed hoc videntur velle esse idem, siue fiat suo siue emancipato, vt in trib. casib. fiat collatio, vt patet in gl. in ver. & hoc ĩ his, siue ꝯ. Sed circa hoc omissis oĩb. opi. veritas est, quod dicit Dy. qui hãc quæstionem disputauit, & determinauit, & dicit sic, aut donatio simplex sit filio emancipato, & conferri debet, vt l. vt liberis. C. de col. in fi. aut sit filio in potestate, & ista regulariter non confertur. ratio, quia talis donatio facta filio in potestate, nõ valet in vita patris, sed assumit sibi effectum post mortem, vt l. donationes. C. de dona. inter vir. & vxo. & in l. do. C. ad l. Falc. sed legata, & fideicommissa nõ conferuntur, vt l. a patre. C. de coll. ergo nec talis donatio confertur, fallit in tribus casibus, no. in glo.
2 Quæro, inter quas personas, & de quib. reb. fiat collatio. † Et primo quæro, an suus conferat suo. & gl. hic, & in d. l. si emancipati. C. de coll. dicit. quod sic, & hoc probatur per l. filiæ eo. titu. qđ intellige esse verum in profectitijs, non autem in aduentitijs, vt l. fi.
3 C. de col. † Secundo quæro, an suus conferat emancipato. gl. hic & in d. l. si emancipati. tenet quod sic, profectitia tantum. & non aduentitia. Sed aduerte, quia filius in potestate potest habere profectitia diuersis modis, potest habere dotẽ, vel donationẽ propter nuptias, & similia, & ista dẽt conferre, vt l. filiæ dotẽ, & in l. vt liberis. C. de col. Item potest hr̃e peculium, & istud non cõferr̃, sed potest diuidi, vt l. filio licet C. de col. potest etiam habere simplicẽ
4 donationem, quo casu dic, vt sup. dixi. † Tertio quæro an emancipatus conferat suo. gl in d. l. si emancipati. videtur velle, ꝙ omnia conferat: sed veritas est, quod confert profectitia tantum, non ad-
5 uentitia, ita tenet glo. hic, probatur in d. l. vlt. C. de colla. † Quarto quæro, nunquid emancipatus emancipato conferat. gl. hic dicit, secundum quosdam, sed in l. si emancipati. præall. in prin. gl. dicit, quod emancipati conferunt profectitia tantum inter se, sed mag. gl. ibi, in prin. posita, no. quod etiam profectitia non conferuntur inter se. sed veritas est, ꝙ ante l. vt liberis. præall. emancipati inter se nihil conferebant, sed per dictam l. vt liberis. conferunt inter se
6 profectitia, sed aduentitia non. vt l. fi. eo. tit. † Quinto quæro, quid in his qui non sunt sui, nec emancipati, an conferant inter se? gl. hic & in d. l. emancipati. videtur velle, ꝙ non, quod verum est ante dictam l. vt liberis. sed per d. l. vt liberis conferunt ea, quæ sunt profecta de bonis eiusdẽ, de cuius hæreditate agitur. In hoc tñ differũt ab emancipatis, quia emancipati conferunt inter se simplicem donationem, sed isti non conferunt, nisi in casu, ubi emergeret in-
7 æqualitas, vt l. illud. §. fi. C. de colla. † Quæro sexto, si aliquis de descendentibus. est admistus cum extraneis cohæredibus an eis cõferat. gl hic dicit, quod non, & bene, & idem no. in d. l. si emanci-
8 pati. † Septimo quæro, quo iure petatur ista colla. tex. in l pen. ff. de colla. dotis, dicit officio iudicis, qđ intellige verum, qñ ille, qui petit cõferri, non possidet, alias consulitur ei p denega. act. de quo dic, vt no. in l. prætor. in princ. ff. de colla. bon. ubi est bona gl. & vide quod no. in l. si soror. & l. posthumo. C. de col. potest etiam agi ad coll. ex stipulatione de conferendo interposita, non solum iu-
9 dicis officio, vt no. gl. ĩ l. filius. ff. de coll. do. † & fiat hæc collatio altero de tribus modis, vel bona communicãdo, vt probatur in l. illam. §. fi ibi, cum istis, &c. C. de colla. vel minus accipiẽdo, vt l. dotis. eo. tit. vel liberando, vel cauẽdo de indemnitate hæredum, ut l. 1. & ibi no. C. de colla.

1 *Diuisio bonorum inter filios, quod possit fieri per patrem etiam sine scriptura, si fiat coram duobus testibus*
2 *Feminæ, quod possunt esse testes in testamento inter liberos, & etiam in diuisione, quæ fit per patrem inter filios.*
3 *Testamentum imperfectum ratione voluntatis inter liberos, non valet, secus ratione solemnitatis, quia valet.*
4 *Mater an possit instituere filium uulgo quæsitum in testamento minus solenni, remissiue.*
5 *Pater filium naturalem an instituere possit in testõ minus solẽni, remissiue.*
6 *Filius legitimus, & naturalis, an poterit patrem instituere in testamento non solenni, remissiue.*
7 *Dictio plurium, quod ad minus significat tres.*
8 *Notarius suspectus partibus, quod non debet dari ad recipiendum testes.*

§. Et quod sæpe.

Hic §. tract. de quarta parte rubricæ. Diuisio bonorum a pr̃e inter liberos fact non alr̃ valet. nisi facta fuerit in testõ, vel alia scriptura parẽtũ. vel liberorũ oĩm subscriptionem ꝯtinẽte. h. d. vsq; ad §.
1 studiũ. † Op. & vr̃, ꝙ huiusmodi dispositio, & diuisio facta a pr̃e, debeat sine subscriptione valere, & sine aliqua scriptura, vt l. quoties C. fa. erc. & l. filij. & l. fi. C. de testa. & l. hac consul. §. ex imperfecto. Sol. hic loquit̃ qñ in scriptura vult quis suam voluntatem facere declarare, quo casu dẽt interuenire subscriptio pr̃is, vel oĩm liberorũ, vt hic, & in auth. si vero. C. fa erc. q̃ sumitur ex hoc §. vel si nõ interuenerit subscriptio, dẽt interuenire solẽnitas quæ habetur. C. de testa. auth. ꝙ sine. In legib. ꝯrijs loquitur qñ pr̃ vult inter filios diuidere sine scriptura. quo casu sufficit hoc fieri corã duobus, testi. vt no. gl. hic, & in l, fi. C. fam. erc. Inst. de test. §. fi. Spec in tit. de test. §. restat. ver. ꝙ autem & sufficiunt duo testes rogati, vel
2 tres fortuiti, vt no. in l. fi. C. de cod. etiam; † si feminę adhibeãtur in testa. vt no. in §. t. ĩ. de testa imperfe. & C. de testa. auth. ꝙ sine. licet alias mulier in testõ adhiberi nõ posset, vt l. qui testa. § mulier. ff. de test. p p rationem, quam reddidit gl. Insti. de test. §. testes potest tñ esse in codicillu, vt no. in d. §. mulier. & hæc est veritas.
3 † Quæro, ridi, ꝙ pr̃ nõ pfecta voluntate põt disponere, de qua imperfecta voluntate dẽt intelligẽ dic, ꝙ de imperfecta volũtate rõne solennitatis omissæ, secus si rõne imperfectæ voluntatis testatoris, qa tunc non valet ẽt inter liberos, vt no. in l. si is. ff. de test. ĩ 3. sol. ꝯrij. §. ex imperfecto. & gl. parua hoc idem sentit in l. fi. C. fam.
4 erc. super ver. ꝯpte. alias super ver. completæ.* Sed pro declaratione huius §. quæro. de 3. q. mulier nõ põt instituere filium vulgo conceptum nisi sit illustris, vt l. si qua illustris. C. ad Orfic. & ci ab intestato succedit, vt Insti de suc. cog. § vulgo, an poterit institue-
5 re filium in testõ non solenni. † Secundo scias, ꝙ pater põt instituere talem filium naturalem, s̃m ꝙ habuistis in §. consideremus. s. e. & melius. ĩ. qui. mo. na. effi. sui. §. ne igitur. & §. si vero filios an
6 pr̃ põt talẽ filium in testõ nõ solẽni instituere. † Tertio quæro, an filius legitimus, & naturalis instituens pr̃em poterit hoc facere in testõ solẽni. De quibus. trib. qõnibus dic, vt no. Spe. ĩ tit. de instr. edi. §. ꝯpẽdium, ver. qd si mulier. & ver. qd si pr̃ nãlis. & vers. qd si fi-
7 li⁹. † Et no. gl. 1. ex qua hẽs significationẽ hui⁹ verbi plurĩũ, vel plu-
a rimorũ, ꝙ significat tres a ad minus, facit l. sed ea, quæ. ff. de leg 2.
8 † Secundo no. gl. si presbyteri. ꝙ non dẽt dari ad recipiẽdum testimonium notarius suspectus partib. & idem dicit ĩ iudice. Tertio no. gl. in tex. liberos. ibi, sed quid si decem, &c. & tene menti.

ADDITIO.

a Tres. Adde Bal. in l. fi. d. scom. §. & si quis 10. de leg. 3. & Ang. hic, & Bal. in l. & si post tres. ff. si quis cau. de quo vide etiam per Arc. in c. 2. de si. presby. in 6. & cap. Christiano. 33. dist. & do. Alex. de Imo. in d. l. & si post tres. & Abb. in c. ad nostr. de reb. eccl. non alie & Ang. Arc. in trac. male. ver. plurib.

1 *Dispositio huius §. quod habeat locum in priuato scriptura.*
2 *Reus, an possit simpliciter duas exceptiones contrarias pponere, remissiue*
3 *Cõtumacia, seu defectus pcurato. vel administrato. quãdo noceat domino.*

§. Studium.

Dictum est sup. de 1. 2. 3. & 4. parte rubricę Sequitur videre de quinta. s. de ĩficiationibus eius, qui scripturã ppriam, vel numerationem in ea contentam abnegat, siue sit actor, siue reus, vel procurator pœna dupli est puniendus, nisi aduersarius ab onere probationis sua confessione releuauerit, in expensis nihilominus condemnãdus: sed si post inficiationem numerationis, ad solutionis remedium cucurrit, soluere nihilominus compelletur. h. d. vsq; ad §. illud quoque. Et habet duas partes, nam prima loquitur de principali persona, secunda de procu. & curato. negante. Secunda ibi, si vero lis. Item prima hẽt quatuor partes, quia loquitur de reo negante scripturam, & etiã numeratione, quæ in prima scriptura continetur. Secundo de reo, qui primo negat, postea confitetur. Tertio de eo, qui negauit nu. postea decurrit ad sol. Quarto de actore, qui pecuniam sibi solutam petit, & lr̃as proprias sol. neg. Secunda in ver. si n. Tertia in ver. quu autem, 4. in ver. si autem. Ex hoc §. 1. duo.
1 no. ꝓposita in gl. si actor. † qro, de qua scriptura hic loquitur. Respõ. de priuata scriptura, ex qua quis obligatur, ita ꝙ ex ipsa scriptura inducatur obligatio. Secus si sine ea quis obligatus sit, ita, ꝙ ipsa scriptura sit tantum ad probationem, ut no. gl. C. de non nu. pec. auth. ꝯ qui propriam, q̃ sumitur ex ipso. § ubi etiam no. per gl. & doc. ꝙ si aliquis negat publicũ instr̃m esse publicũ, nõ punit̃
2 pęna huius l. † Venio ad ver. si quis antẽ adimat, & hunc tex. inducit Dy. ad qõnẽ, ꝙ quis nõ possit simpliciter duas ꝯrias exceptiones proponere. Ita no. ipse in c. nullus plurib de regu. iur. in 6. de
a qua q. est glo. ff. de exc. l. nemo. a & ibi allega. hunc §. ad hoc per doc.

ADDITIO.

a l. nemo. Et ibidẽ uide Imo. & omnino per Abb. in c. pastoralis. de excep. & Lanfran. in c. quoniam cõtra. ver. exceptio[illegible]s. de prob. & Bal. in marga. ver. exceptio. ver. 11. & Spe. de exce. §. 8. ver. exc ptiones. nu. 13. in ver. exceptio. ext. de proba. quod iste corrupte allegabat de c. p.

doc.ī l. r. C. de fur. facit optime tex. in l. cum de indebito. cir. prin.
ff. de prob. Venio ad ver. si autem. no. gl. postquam. ibi sed nōne,
& gl. seq. ibi, sed actio, circa quam vide. quod no. gl. & doc. in d. au
1 then. ꝯ. qui propriam, † Venio ad ver. si vero lis, ex quo no. ꝙ con
tumacia, seu delictum administratoris, curatoris, vel procuratoris
non nocet domino, simile in l. meminerint. C. vnde vi. de quo no.
per gl. & Inn. in c. 1 vt li. non ꝯte. per Doc. in l. iubemus nullam. C.
de sac. san. eccl. per Dy. in l. apud Celsum. §. igitur si cum. ff. de do
li excep. & vide quod no. in c. dilectus. el primo. de reg. iur. li. 6. Vl
timo no. gl. si tutor. ibi. sed quid si litteras.

1 *Mendax quando puniatur in translatione possessionis.*
2 *Dispositio huius §. quod habebis locum, in quocunque conuento.*
3 *Agens hypothecaria, ꝙ debeat ꝓbare debitorē fuisse dominū tempore obli gationis, & an sufficiat probare possessionem, cum bona fide, remissiue.*
4 *Contraria allegare in diuersis iudicijs, seu diuersa instantia, quando liceat.*
5 *Translatio possessionis in casu huius §. ꝙ possit peti ēt per condictionē ex l.*
6 *Litis contestatio in casu huius §. quod non habeat locum.*
7 *Litis contestatio, ꝙ non dicatur facta per responsionem factā interrogationi, an quis possideat.*
8 *Libellus potest omitti*
9 *In casu huius § non requiritur libellus, sed sufficit facti narratio.*
10 *Dispositio huius §. an habeat locum si actor post negationem rei, probat eius intentionem per sacramentum reo præstitum.*
11 *Reus, qui mēdac ter negauit se possidere, an possit postea de suo iure docere.*

§. Illud quoque.

Possessor, q negauit rē esse eius, cuius esse actor asseuerat, vel affirmat
& post ꝓbationem actoris cōfitetur, & ad exceptionē decurrit,
prius possessione priuatur, & in actorem transfertur, q̄ de iure suo
1 audiatur h. d. No. † ꝙ pp mendacium quis punitur in translatio-
ne possessionis, vt hic. & in auth. itē possessor. C. qui po. in pig. ha.
2 & sile in l. fi. ff. de rei vend. † Secundo quæ-
quæ sumitur ex hoc §. & sile in l. fi. ff. de rei vend.
ro de intellectu huius §. gl. intelligit eum generaliter in conuēto
cuacunq; actione, siue rei ven. siue actione hypothecaria, siue a-
ctione mixta, siue agatur actione personali ad ipsam possessionem
& siue quis agat noīe proprio, siue noīe alterius quam opi. tenet
hic Iac. de Bel. & Doc. in d. auth. &c. quod tene menti. Sed aduer
3 te ad prin. gl. super ver. cōuen. ibi, ꝙ debitor sunt dñs. † Ex quo no.
ꝙ agēs hypothecaria dēt probare debitorem fuisse dñm tempo
re obligationis, & idem no. C. de fal. interdic. l. lege. Inst. de inter-
dictis. § interdum. & Insti. de actio. §. itē Seruiana. Sed alibi tenet
gl. ꝙ in hypothecaria sufficit probare, ꝙ debitor possederit bona
fide. & cum tit. tempore oblig. vt no. ff. de pig. act. l. rem alienam.
Alibi gl. tenet, ꝙ sufficit, ꝙ debitor possederit bona fide tpe ob. de
qua q. dic, prout Dy. in d. §. itē Seruiana. & plenius p Cy. ī d. l. r. C.
de fal. interdicto. & per Spe. in ti. de ob. in ver. sed nunquid debet.
& ver. quid si pro. & ibi, ipse reus. Istud declara per Dy. in c. nullus
4 pluribus. de re. iu. li. 6 & per doc. in d. auth. item possessor. † No. glo.
& legalem. ibi, in alieno. No. ex hac parte glo. qđ in diuersis iudi-
a cijs, seu in diuersis instantijs, permissum est allegare contraria, a &
quod negatum est in vno iudicio, possum in alio confiteri. Idem
no. in d. auth. item possessor. in vlt. gl. contra quod vide p Doct. in
l. 1. C. de fur. & ibi auth. & similem gl. habes in l. fi. ff. de rei vend.
5 † & etiam no. ꝙ talis translatio possessionis potest etiam peti per
cōdi ex lege. & ibi in casu isto, & in casu huius §. & ibi, vt dictum
6 est. † Sed quod debeat fieri contestatio, reprehēdit hic Iac de Bel.
dicens, quod non debet in per tot circunstantias, sed statim cogni
ta veritate procedere ad translationem possess. sine lit. cont. † Itē
7 no. secundum dictum, quod sequitur in gl. ꝙ eo ipso, ꝙ est facta
interrogatio, an possideat, videatur esse facta li. conte. super iudi.
poss. reprehenditur, dicit Iac. de Are. quia dicendo se nō posside-
re, non est animus contest. lit. sed excludendi iudicium, quam ra-
tionem ponit glo. proxi. dum dicit, nc iudicio rei vend. & non in-
teruenit narratio, & responsio. quæ ad lit. contest. est necessaria, vt
l. j. C. de lit. contest. Item probatur hoc per posi. & responsio. nam
ad eas non fit lit. contest. ut ext. de elec. c. ecclesia. ver. licet. & de
lit. cont. c. 1. Et ibi, Sed nunquid ista gl. procedat præsupposito, qđ
debeat fieri lit. cont. & quod videatur facta eo ipso, quod est facta
8 interrogatio, an possideat. Et ibi, & hic non fuit peonim. † Ex hac
sol. habes, quod libellus potest omitti, idem no. in authe. offerat.
9 C. de lit. cont. & ī. de exhi. reis. §. sancimus. † Et ibi ꝑpter negotij
natuitam, Iac. de Bel. dicit non esse necessarium libellum, sed suffi-
cit simplex facti narratio, facit c. sepe. ext. de ver. sign. in cle. & pro
bat. q. vbicunque non requiritur libellus, est necessaria facti narra
10 tio. † Quæro dicitur hic, & cogatur qui ac. infert. quid si post ne-
gationem rei, actor probat intentionem suam per sacramentum
reo præstitum, an punietur reus in translatione possessionis. dicit
11 glo in fi. quod non, vt no. in l. fin. ff. de rei vendi. † An autem reus,
qui per mendacium negat, potest de suo iure docere antequam
possessio transferatur in actorem? dic, vt dicam in authentic. item
possessor.

ADDITIO.

a Contraria. Adde do. Ale. de Imo. post doc. in l. qui Romæ. §. Seia. de verb. oblig. & Bal. in d. l. j. all. in tex. 7. col. & Ang. & hic.

§. Quod autem.

Liberi ex ꝯcubina, vel liberta, vel ancilla postea manumissa, nuptiis
& nuptialib. documē i postea interuenientib. legitimi efficiuntur,
siue alij nati sint, & viuunt, siue nati, & mortui sint, siue nulli po-
stea nati fuerunt, istum §. declara in gl. quod filij.

De filijs ante dotalia instrumenta natis. *Rubr.*

1 *Dicta in l. interpretata, ꝙ intelligantur repetita in l. interpretante.*

Peruenit. Constitutio noua ad interpretationem antiquorū inducta in eisdem casib. lo-
cū hēt, in quib. & interpretatis legib. locus est, & ideo
in casib. pendētib. locū hēt sniā, vel transactione nondū
1 vsq; finitis. h. d. vsq; ad fi. ferantur i. locum habeant. † No. ex hac
l. tex ibi, cum oīb. manifestum, &c. quod omnia, quæ habent lo-
cum in l. interpretata, intelliguntur repetita in l. interpretante. Idē
habes in l. nihil. in hac parte. ff. de coniun. cum eman. lib.

De administrantibus officia in sacris app. *Rub.*

1 *Iudices ordinarij si sunt duo in ciuitate, an debeant simul iudicare.*

Iam quidem. Iudices appellationū, & eorū officiales in eā appellationum
in quib. officiū est cōe, in iudicio semel examinationē
1 facere debent, & de gestis participare. h. d. † Facit tex. ī
ver. similiter. & §. in quibus. ꝙ si in castro, vel in ciuitate sunt duo
iudices ordinarij, ꝙ debent simul administrare, & simul cās audi-
re. Ad idem. ff. de re iu. l. duo ex tribus. In ꝯtrium facit l. j. ff. de offi.
consu. de qua per Gul. in l. proxi. alle. duo ex trib. ff. de re. iu. & per
Inn. in c. prudentiam. ext. de offi. dele.

De Armenijs. *Rub.*

Armeniorum. Mulier quemadmodum, masculi ad successionem venire debet antiquo iure cessante, h. d.

COLLATIO. IIII.

De nuptijs. *Rubr.*

1 *Consilium mutare de bono in melius, sapientis est.*
2 *Voluntas testatoris est lex.*
3 *Dictum generale legis recipit restrictionem de habilitate.*
4 *Matrimonium solus consensus facit.*
5 *Matrimonium, an perficiatur aliter, quam solo consensu, vbi, ꝙ de iure canonico perficitur, si sequatur carnalis copula, vel cohabitatio.*
6 *Deductio ad domum viri, quid operetur in matrimonio.*
7 *Matrimonium, quod recipiat diem, vel conditionem.*
8 *Matrimonium, quando requirat verba.*
9 *Matrimonium per nuncium contractum, ꝙ non teneat, si ante quam ratificetur mulierem pœnituit.*
10 *Matrimonium contractum per procuratorem, ꝙ non teneat, si ante contractum procurator reuocetur, eo, & muliere etiam ignorante.*

Plurimę. Cōstitutio ad futura negotia trahitur, in præteritos vero iura uete-
ra seruantur. Item dispositio in ult. voluntatib. le
gib. non repugnans, dēt pro lege seruari, nuptias
solus effectus facit, nō dotalia instrumenta, hoc
1 dicit vsque ad §. distrahuntur. † No. in versic. æsti
a mabimus. quod sapiētis est mutare consilium a in melius, & sunt
verba Salomonis, dicit gl. hęc verba ponit 12. q. 4. c. vnusquisque,
2 & c. est. & 25. q. 3. c. iudex. ext. de accu. c. qualiter, & quādo. † Secū
b do no. in §. disponat. quod volūtas testatoris est lex. b † Tertio no.
5 tex. ibi, vnusquisque, cum sua glo. ꝙ generale dictum legis, recipit
restrictionem de habilitate, simile. C. de sac. san. eccl l. 1. ff. de mi.
4 & ho. l. vt gradatim. §. & si lege. † Venio ad versic. nuptias. & no.
c quod solus consensus facit matrimonium. c ad idem. C. de nup-
tijs. l. neq; sine. ff. de reg. iur. l. nuptias. Vltimo no. quod est legatū,
facit 12. q. 2. c j. in versi. cum ergo. & versic. item Ioan. de quo dic,
vt no. sup. de incest. nup. †. dubitandum. Instit. de nup. §. quia vero
6 ita. † No. gloss. facit ff. ibi, & in illa interrogetur. Item si dicantur
alia

ADDITIONES.

a Consilium. Adde idem tenentem D. Fel. in c. 1. de offi. & po. iu. dele. in fi.
b Voluntas testatoris est lex. Cum post eius mortem non possit testator aliud uelle, unde non indecore Augustus Cæsar in exclamatione, quam facit pro iussu Virgilij de Aeneidib. cōburendis, dicit. Sed legum seruanda fides suprema uoluntas, Quod mandat, fieriq; iubet, parere necesse est.
c Matrimonium. Adde Fel. in c. 1. net. no. 7.

a alia verba consensum exprimentia,a vt in c.pe.ext.de spon. & ibi.
secus. Sed de iure canonico mřimoniũ perficitur,si sequatur car-
nalis copula, vt in c.is,qui.& c. fi.ext.de spõ. Itẽ perficitur qñcun-
que simul cohabitant,nec distinguitur vtrum vir vadit ad domũ
vxoris,vel ecõuerso,vt in c.ad id,de despõ.imp. & c.1.li. 6. Præsu-
mitur ẽt perfici matrimonium,si postea inter sponsos sequitur an
nuli subarratio,vt in c.tuæ,& ibi no.in 2.gl.extr.de spõ.sed ꝯ,& vi-
de quod no. in l.cum in te C. de do.ante nup.& l.cum fuerit. de
6 cond.& dem.† Quęro, an deductio ad domum viri aliquid ope-
retur.dic, ꝙ operatur duo. Primo, vbi est dubium, an præcesserit
mřimoniũ p verba de pñti, vel non facit præsumi mřimoniũ fo-
re ꝯctũ,& ita intelligunt l. mulierẽ. ff.de ritu nup. & hoc expresse
tenet gl.in d.l.cũ fuerit. Secũdo, quia facit p̃sumi donationẽ factã
a viro vxori, fuisse factã post mřimoniũ perfectũ, & sic non vale-
re, vt l.pe.§.fi.& ibi no.ff de do.inter vir.& vxo. ad idẽ d.l.cũ in te.
in fi.idẽ no.in l.nuptias,de re.iu.,pbař in l.mulierẽ.& l. deniq; ff. đ
ritu nup no.30.q.5.c.nec illud.& 42.q.2.c. honorantur.ext. q cler.
7 vel vo.c.veniens, & expressum est in c. fi de proc.l.6. † An autem
matrimonium recipiat diem, vel ꝯdõnem,glo.in d.l. sufficit.ff. đ
spon.vř velle,ꝙ sic eadem tenet in l.actus.ff.de re ind.licet non fir-
met,in l.nuptias. eo.tit.sed ꝙ sponsalia, & matrimonium recipiãt
diem,vel ꝯdõnem,hẽs ext.de condi.ap.c.de illis,& c.fin.& ibi no.
8 † Quæro,an matrimonium requirat verba?glo.ista vř velle,ꝙ sic,
in prin. cum qua concor. ꝙ no. in l.cum notissimi. C.de præscrip.
30.ann. Sed ꝯ vř sentire gl. in d. l.sufficit,in vlt.gl.pro qua gl. facit
l.mutus.ff.de iu.do. & c.cum apud ext. de spon.vbi mutus cõtra-
hit matrimonium, ergo patet,ꝙ verba non requirantur, & ideo
dic,vt optime distinguit gl.in c. tuæ,ext.de spon. & vide quod no.
9 in c.pe.eo.tit & de conni.serno.c.fi.† Quæro,dixi, ꝙ matrimoniũ
potest contrahi inter absentem : pone, ꝙ quis misit nuncium ad
quandam mulierem,postea mulier consensit, an erunt sponsalia,
si ille,qui dicit,quod volebat eam in sponsam, & antequam ipsa
consentiat eum pęnituit, & postea mulier consentit? glo. in d. l.
sufficit,videtur inclinare.quod nõ sunt sponsalia. Ad quod facit,
quod no.in c.super eo.ext.de spon. contra vř no.in simili in l. j. in
fi.de contrahen.emp. Veritas est, ꝙ sponsalia non tenent. arg.l. si
pœnituit.ff.de diuor.& ff.de manu.vin.l.si pater.Cum. n.iste talis
interueniat vt nuncius, statim cum deficit consensus dñi, dř defi-
cere actus,qui cum eo geritur. Nam cum quis contrahit per nũ-
cium,nuncius non dř contrahere ipse,sed dñs,vt l.licet.ff.de cõsti.
pe.C. si quis alteri, vel sibi. l.multum. & istam opin. tenet Cy. in
d.l.mandatis. C.man.Iac.de Bel.in l.si ergo.§.j ff. quod iussu. & p
Dy.in d.l.si pater.& hoc per gl.30.q.5.c.nec illud,cum omnia p̃di
10 cta concludunt in nuncio.† Quęro,quid ĩ proc.puta, misi procu-
ratorem ad Titiam desponsandam,& reuoco procuratorem , eo
quod dicta Titia ignorante,an si postea Titia consentit,est matri-
monium. Inn. tenet, quod non,& dicit ipse speciale in matrimo-
nio, ita no.ipse in c. veniens. ext.de spons. de quo est casus in c.fin.
in fi.de proc.lib. 6.

ADDITIO.

a Exprimentia. Sed quęro,quid si quis per verba exteriora denotantia consensum
ad matrimonium,expresserit matrimonium per verba de præsenti intentione,in
terius tamen in mente retenta non id contrahendi. An aliquid operetur , & an,
& qualiter id tenuerit quo ad forum iudiciale,seu contentiosum,& forum pœni
tentiale. Et an Papa dispensare possit, vt cum filia contrahat existente instrumẽ
to matrimonij,& copulæ,vide copiose,& no.do. Soc.in consil.28. inci. circa pri-
mum quæsitum in prin.cum ver.seq.vsq; ad fi.in 1. parte.

1 *Monachus quo ad matrimonium habetur pro mortuo.*
2 *Mors ciuilis non æquiparatur naturali,nisi in casibus a iure expressis.*
3 *Matrimonium an de iure canonico distrahatur,remissiue.*
4 *Matrimonium,an dirimatur per impedimentum coitus.*
5 *Impedimentum coitus in matrimonio præsumitur superuenisse, post matri monium contractum.*
Impedimentũ superueniens ex parte mulieris,quãdo dirimat matrimoniũ
6 *Triennium de quo hic,quando incipit currere.*
7 *Dictio,quoque quod habeat implicare alium casum.*

§.Distrahuntur.

Matrimon.a coniuge viuẽte qua
druplicter distrahuntur. Qñq; per
occasionem inculpabilem altero ipsorum,vel vtroq; religionem
ingrediente. Qñq; p occasionẽ inculpabilẽ religionem exigẽtem.
Qñq; p occasionem necessariam, marito agere non valẽte in mẽ
1 nsis ea,q̃ nã viris data sunt.h.d.† No.1.ꝙ monachus hř p mortuo
quantum ad matrimonium, vt in versi. sed occasione,quo ad alia
vero non hř pro mortuo,& pro h.d gl.mag. ꝙ monachus põt esse
testis,de quo.š.de mon.§.ad cogitãdum. Ad quod facit de cõd.&
dem.l.intercidit.& quia gl. ista tractat de morte ciuili, vel natura
2 li.† Quæro,an mors ciuilis naturali æquiparetř?dic,ꝙ non æquipa
a ratur,nisi in casib a iure permissis,ita tenet gl.27.q. 1.c.placuit,&
3 per gl.in c.susceptum.de rescr.li.6.† No.gl.hic de iure ciuili.Quid
autem de iure canonico?dic,vt habes in c. 1.extr. de conuer.coni.
c.2.& c.ex pluri.& vide,ꝙ no.in c.ex parte.eo.ti.& 25. quæst.2.c.de
4 sponsa.† Venio ad §.per occasionem,in quo no.ꝙ propter virium
potentiam,&c. Sed ext.glos.contra hoc op.quia impedimentum
coitus matrimonium non dirimit,xt 32.qõ.7.c.hi,qui matrimo-
nium. Sol. aut loquimur de impedimento,quod erat ante matri-
monium ꝯctum,& loquitur hic §.& l.in causis. C.de rep.cum si.
aut de impedimento superueniente post ꝯctum matrimoniũ , &
illud non dirimit matrimonium iã ꝯctum,vt ibi,& no.in c.lauda
5 bilem.ext.de fr.& malefi.vbi est idem tex. ꝙ hic. † Sed circa hoc
q̃ro,pone,ꝙ est dubium,an impedimentum subesset ante matri-
monium,vel superueniret post ꝯctum matrimoniũ , quid præsu-
memus.dic ꝙ præsumendum est,ꝙ superuenerit post matrimo-
nium ꝯctum,& hoc fauore matrimonii,& hoc tenet glo.33.q.1.
in fi.summę.ita tenet Gof.in sum.ext.de fri & malefi, in fine.titu.
6 † Quærit gl.quid de impedimento mulieris? dicit gl.sm quod,ꝙ
idẽ.de quo dic,vt in c.ex literis.extr.de fri.& male.& in c.fraterni
tati,e. ti. Quærit gl.a quo tpe incipit currere istud triennium? di-
cit gl.quod incipit currere eo tpe,quo vir incipit habere vxorem
idem no.33.q.1.in sum.& in præall.c. laudabilem. Item quæro,dř
hic,etiam si voluerit maritus,quid si maritus vult,& vxor nõ?dic,
7 vt no.in d.l.in causis.per gl & Doc.† Vltimo no.gl. ex qua habes
b ꝙ dictio,quoque,habet implicare b alium casum:idem no.su.de
non alie.§.illud quoq; Bartol.

ADDITIONES.

a Mors ciuilis naturali æquiparetur. Adde istum in l.Deo nobis. in princi. & ꝙ ibi
posui in apost.ad ipsum, in versi. æquiparantur. C. de episc. & cler.& dixi post
Colle.c.bonæ.il 2.nu.8.in ver.nunquam æquiparantur. ext.de elec.
b Implicare. Adde Card. in cle. 1. §. 1.2.q.reg. Bar.in l.2.in princ.ff.de pac.in l.fi.
ver.tu vero dic.ff.de eo, quod cer.loco.

1 *Vxor,cuius vir captus est, non potest nubere hodie iure canonico, donec certum sit de morte viri.*

§.Sed etiam.

Matrimonium captiuitate alteri⁹ ex cõ-
iugib.nõ dissoluit,nisi fuerit incertũ, an
persona,quæ fuerit in captiuitate viuat.tunc enim coniux in ciui-
tate remanens potest libere post 5. an .nubere,dote, & dona. ad
1 vnumquodq; redeunte.h.d.† Op. dř hic,& innuitur, quod quin-
quennium incipiat currere a tpe quo cœpit esse incertũ de mor-
te,vel de vita existentis in captiuitate, immo videtur ꝙ compute-
tur a tpe captiuitatis, vt l. vxores. ff.de diuor. gl. ponit opi. veritas
est,ꝙ illa l.corrigitur per hunc §. vt ex tempore captiuitatis com-
putetur,& sic tene primam sol.gl.quam opi.firmat glo.1.§ ꝙ au-
tem a nobis j: vt l. ma & auiæ. sed hoc est verum de iure ciuili,
sed de iure canonico ille,qui est captus ab hostibus , debet perpe-
tuo expectari, donec est certum de morte ipsius , c. in præsentia,
ext de spon.vide quod no.ibi,& in §.quod autem. præall.
1 *Damnatus ad mortem efficitur seruus pœna.*

§.Quod autem.

Matrimoniũ non dissoluiř altero
ex coniugib.in metallũ damnato
quia n..... bř natus ex supplicio fit seruus.h.d.Dř,ꝙ nemo bene
natus,&c.Intellige de his,q post ꝯdẽnationẽ superueniũt,& ita lo-
1 quiř hic. † Secus in his q dãnantur ad mortẽ, nã illi fiunt serui ex
supplicio, vt l. quod ad statum. & l.qui vltimo.ff.de pen. ita soluit
gl.in authen. hodie.C. de dona.inter vir. & vxo.licet contrarium
no.& male,in l.eius qui.in fi.ff.de test.& ibi per Dy.qui illam glo.
reprehendit.

1 *Decretum,quod dicatur sententia diffinitiua.*
2 *Seruus morti æquiparatur.*
3 *Matrimonium, quod contrahatur hodie cum ancilla, vel seruo,etiam domino contradicente.*
4 *Seruus a domino derelictus,an libertatem accipiat.*

§.Si vero decretum,

Coniuge alicuius in ser-
uitutem redacto, nuptiæ
dissoluuntur.nuptiæ asit cum seruo dño ignorãte ꝯctæ , nullæ sunt
initio,& id dissolui pñt. Nuptiæ vero cum seruo,vel ancilla ꝯctæ
dño expresse,vel tacite consentiente,vel cum seruo a dño dereli-
cto,eo seruo languẽte,valẽt,nec dissoluunř.h.d.vsq; ad §.deporta-
1 tio.† Et no.in prin.huius.§.1.ꝙ decretum appellař sñia diffinitiua.
Ad idem §.pxi.qđ facit ad idem,ꝙ no. Doct.in l.cum pponas.C.
2 de bo.auth.iud.possid.† Scđo no.tex.ꝙ seruitus æquiparař morti,
3 & vide gl.† Op.etiam videtur,ꝙ cum ancilla,& seruo possint con
trahi nuptiæ ẽt domino ꝯdicente,vt in c.1.ext de coniuga. seruo
Sol.quod hic dř,hoc hodie ibi corrigitur, quod intellige verum ,
qñ matrimonium ꝯhitur inter scientes,secus si crederem contra
here cum libera,& re vera esset serua.29.qõ.2.in summa,& latius
4 eadem causa,& quæstione,c.si quis ingenuus.† Oppo.ad versi.&
multo potius,& videtur,quod talis seruus a domino abiectus,nõ
accipiat libertatem,immo occupanti conceditur,vt l fi.ff.de rele.
glo.ponit hic tres opi.& approbat omnes tres: Tu approba primã
opi.quam etiam approbat glo.in l.2.§.sed scimus.C.de lati liber.
tol.& in d.l.fi.vide,quod habes in ca. vno. ext. de infan. & lang.&
quod not. ibi per Innoc. & per Guil.in summa huius titu. & vide
Azo.in summa,de infanti.expo.& quod no.glo 86.dist.ca.fi Not.
tex.ex studio,quod tantum est,&c. vt in gloss. & j. eodem, §.sic
itaque

1 *Vxor militis etiam lapso decennio licite non nubit, sed expectat, donec sit certa de morte viri.*

§.Deportatio

Deportatio mr̃imoniũ nõ soluit. Itẽ
mi'ite ad militiã accedente eius vxor
si literas sospitatis ij sius non acceperit, & per 10. ann. expectaue-
rit, & a principe gratiam impetrauerit, licitè cum alio nuptias ꝯ-
here põt. h.d. iste §. hodie † corrigitur per §. quod añi, vt lic. ma. &
1 aniç. & per c. in pręsentia. ext. de sponsa. vbi dicitur, quod dẽt expe-
ctare donec est certa de morte viri.

1 *Matrimonium ex quibus causis dissoluatur.*

§ Mitiores

Viro, atque vxori ex causis hic enumeratis
matrimonium dissoluere permittit ei tñ
1 pęna imminente, qui dissolutioni cãm præbuit. † Op. & vr̃, ꝙ iste
§. non procedat. Nam dicit tex. quos Deus coniunxit homo non
separet, nisi fornicationis causa, & nunc nõ dr̃ diuortium, sed ma-
trimonium nullum declaratur, vt ext. de conni. lepro. c. 1. de do-
natio. inter vi. & vxo. c. j. & c. pletumq; . Sol hic §. corrigitur per il-
lud c. & circa hoc distingue ſ. tpa, vt no. in l. cõsensu. §. verum. C.
de repu. & l. diuortio. C. de neg. gest. & ff. de diuor. in rub. Solum
enim in vno casu vr̃ velle, ꝙ matrimonium possit dimmi, s. per in-
gressum religionis, vt in c. verum, & in c. ex publico. ext. de con-
uer. coniug. & in c. ex parte. eo tit. circa quod vide, quod no. Gof.
in summa, de coniugio leprosorum.

1 *Legis dispositio cessat causa cessante.*
2 *Lex inducta propter duas causas finales, licet esset vna tamen remanet le-
gis dispositio.*

§.Si vero

Si vxor diuortii sui cã fecerit, vel diuortii cãm
præbuerit. pęnas lĩmas patietur, & ante quin-
quennium nuptias ꝯhere non poterit, pp sobolis cõmixtionem,
vel confusionẽ, viro autem in eo casu cõfestim nuptias ꝯhere per-
1 mittitur. h.d. † No. vet. ꝑ non obseruandum cessando, ꝙ qñ cessat
rõ legis, cessat ipsa l. vt hic, & l. adigere. §. quis. ff. de iu. patro. & l ꝙ
dictũ. ff. de pac. cũ si. Est n. rõ l eis lex ipsa, vt l. cũ mulier. ff. so. mat.
Contra hanc gl. vr̃ tene-
re gl. in l. liberorum. §... ff. de his, qui notãtur infamia. hoc etiam
vt traditur in gl. super verbo, confusionẽ.
2 tenent doc. in l. 2. C. de incc. nup. † No. ex hac glo. ꝙ qñ lex statuit
aliquid ex duab. causis finalib. licet cesset vna, tamen remanet l.
dispositio. Item no. in d. l. liberorum. §. 1. & Insti. de nup. §. affini-
tatis. ff. de exhib. reis. in l. si quis ad exhib.

§. Has itaq.

Viro licitũ est in trib. casib. a Iustiniano ad-
ditis diuortium celebrare. Item ascriptitio
nuptias ꝯhere cum muliere libera. dñu ꝯsentiente non permittit,
pęna contrafacientib. imminente. h.d. No. gl. sed aliunt. ibi, sẽruũ.
in si. &c & l. 3 ff. de sta. ho. C. de agric. & censi. l. oe diutius.

1 *Vir, & vxor non debent ad imparia iudicari.*
2 *Bona, quod intelligantur deducto ære alieno.*
3 *Mulier nõ dotata si diuerterit sine causa, punitur in decima parte substãtię.*
Mulier, an præsumatur bona in dotem dedisse.

§. Sic itaq.

Matrimoniũ sine dote, & donõne cõstitutum
dissoluitur, altetutro ex eis culpã ad diuortium
cõmittente. Ille vsq; ad quadringentas libras auri substantiã hñs,
vel maiorẽ centũ librarũ aur. quantitate suæ substantiæ punietur,
alias quarta parte suæ substantiæ, mulieri ad diuortiũ culpam prę-
benti ante quinquenniũ nubere non licet, alias tñ. j. annum nup.
1 sunt, phibitæ, pp seminis ꝯfusionẽ. h.d. † Et no. ꝙ vir, & vxor non
debẽt ad imparia iudicari, vt hic, & l. fi. C. eo. ibi. inf. vt sta. filij §. fi.
2 12. q. 1. c. si quis. † Secundo no. tex. ibi, substantiam illam, &c. i quo
a habes, ꝙ sicut bona intelliguntur deducto ære alieno, a ita hic in
3 proposito, vt hic, & l. fi. C. e. † Tertio no. tex. i ver. ꝙ si mulier, &c.
ꝙ si mulier, quæ non est dotata, diuertit sine causa, punitur in de-
cima parte substantiæ suç. & sic hic videtur casus ꝯ l. mulier bona
ff. de iure dot quę dicit, quod mulier nubens nulla dote datą, præ-
sumitur bona sua in dotem dedisse, hic vero probatur ꝯtrium. Nã
video hic, quod mulier, quæ dotem non dedit punitur in parte
substantiæ suæ. tamen illa substantia non præsumitur esse in dote,
facit ad idem C. de repu. l. fi.

ADDITIO.

a *Aere alieno. Adde do. Soc. consi. 14. inci. præsens consultatio. ver. 5. principaliter. cir. med. in pri. par. & ver. nec ob. quod bona in d. parte.*

1 *Duo rei, quod possint constitui pro dote restituenda, sicut pro danda.*
Fideiussor pro dote danda, constitui potest.
2 *Filius hodie non facit diuortium, sicut olim facere poterat.*
3 *Filiæ delictum in matrimonio, quod non præiudicet patri.*
4 *Filiæ si remittitur hypotheca, an præiudicet patri*

§. Est quoque

Liberis in potestate cõstitutis, vł emã-
cipatis, diuortium cum vxoribus suis
1 in suorum parentum læsionem facere nõ permittitur. h.d. † No.
in tex. siue etiam cum alijs, &c. in quo habes, ꝙ pro dote restituẽ-
da possunt duo rei constitui, & sic habes tex. pro eo, quod no. glo.
C. ne fideiussor. do. den. l 2. Idem C. de dote cau. non numera. l. fi.
pro dote autem danda non est dubium, quod possint constitui
duo rei, vt l. profectitia § si patri. & l. 2 §. si pater. ff. de iure dotium
tamen etiam fideiussor pro dote danda constitui potest, vt l. cum
2 dotis. eo. titu. † Quæro, quid innouat hæc constitutio de iure vete
ri, dicit glo. quæ incipit, soluunt quidã, quod nihil, sed sicut olim
soluebatur matrimonium per filium, ita hodie, licet non in læsio
nem parentum. Sed Iac. de Bel. dicit, quod innouat in hoc, quia
olim licebat filio celebrare, sed non in læsionem parentum. Ho-
die vero non licet diuortium facere, & hęc videtur veritas. proba
tur hic, ibi itaque nec transfigitur, &c. & ibi, non enim habet ra-
3 tionem, &c. † Vltimo iste §. inducitur per gl. Dy. ad quæstionem
quod si filiafa. culpa factum est diuortium, puta, quia adulterium
commisit, propter delictum filiæ non debet patri circa dotem ꝓ-
iudicium fieri, de quo no. in l. consensu. C. de repu. in glo. mag. in
fi. & l. si dotem. C. de iure do. dic, quod veritas est quod patri viuo,
delictum filiæ non præiudicat, sed eo mortuo præiudicat ipsi filię.
Ita tenent Doct. in d. l. si dotem. & Dy. in d. l. 2. §. sed virum. ff solu.
4 matri. hunc tex. ad hanc q. inducit. † Secundo facit hic tex. ad quę
stionem, an si filiafa. remittuntur hypo. secundum formam. l. iu-
bemus. C. ad Velleia. fiet patri iudicium. Dyn. in d. §. sed virum. te
net id, quod in pręcedenti, de quo dic per Specu. in titu. de do. in-
ter vir. & vxo. §. 1. ver. quid si filia Vltimo no. tex. ibi, ex studio, de
quo habuistis in §. si vero. & §. itaq;. & ibi no. sup. eo.

1 *Mors omnia soluit.*
2 *Aequalitas in dote, & donatione propter nuptias, quod esse debet in qua-
litate, & quantitate.*

§ Deinceps

Inæqualitas in quantitate dotis, & do. pp
nup permittitur, in qualitate, & quanti-
tate prohibetur in ęqualibus pactis, quia maius trahitur ad min*.
1 h.d. † No. quod mors omnia soluit. a cui concor. l. si cum in annos
a §. fin. ff qui. mo. vsusfru. amit. de hæred. & fal. §. 1. † Secundo no.
2 quod dicitur de quali. & quanti. inæqualitate, permissa circa quã-
titatem dotium, & don. ꝙ hodie corrigitur, qa semper debet esse
æqualitas tam in quantitate, quam in qualitate, vt j. de æqualita
do. §. 1. posita. C. de pac. conuent. authen. æqualitas, qui §. corrigit
istum §. & l. ex morte. C. de pac. conuen.

ADDITIO

a *Soluit. Adde tex. in l. Neratius. de reg. iur. & in l. in summa. ff. de re iud. Tu vide de hoc, quod posui in apostil. ad Pan. in c. in quadam. ext. de cel. mi. & no. in c. charitas. de pęn. dist. 2.*

1 *Vidua persistens in viduitate, dicitur esse in priori matrimonio.*
2 *Vir, & vxor si non nubat, an dotem, & donationem propter nuptias alie-
nare possit, vel filijs reseruare.*
3 *Aequalitas inter fratres seruanda est, vt tollatur inuidia inter fratres.*

§ Soluto igitur

Si parẽs soluto mr̃imonio ad secũdas
nup. si. peruenit, licẽtiã hẽt oẽ lucrũ p-
ueniens ex primo matrimonio alienãdi. Sed si nõ alienauerit, filijs
reseruare ꝓsumitur, eis institutis solis, vel cũ extraneis præteritu,
vel exhæredans iuste quidẽ penitus exclusis, mortuorũ portioni-
bus ipsorũ filijs transmissis. h.d. No. tex. ibi, perdurare in priore ꝯ-
1 iugio, & prionb. steterunt nuptijs. † Ex quo no. quod qui remanet
in viduitate dr̃ esse in priore matrimonio, vt hic, & C. de bo. quæ
li. & qđ no. in l. 1. §. exact. C. de rei vxo. ac. ad idem. C. de legit. hęr.
2 l. emancipatus. † Opp. & videtur, quod licet vir, & vxor ad secun-
da vota non transeant, nihilominus dos, & donatio pp nuptias de-
beat filijs reseruari, ne possit vir, vel vxor talia bona alienare. C.
de sec. nup. auth. vxorem. super l. generaliter. §. fi. ver. si vero. & l. si
quis prioris. §. illud. eo. ti. Dicũt quidam, ꝙ hic loquitur de alijs lu-
cris a coniuge pceptis de leg. do. fideic. Sed ibi loquitur in lucro,
vel do. propter nup. Sed veritas est, quod hic loquitur de lucro
dot. & dona. pp nuptias, vt hic expresse dr̃. & in d. l. generaliter. §.
fi. & io dic, ꝙ iste §. & ista lex generaliter. & §. illud. ꝑall. per illum
§. corrigitur. vt licet alter ex coniugib. qui dotem lucratur, vel do-
na. propter nup. ad secunda vota non transeat, nihilominus tene-
tur reseruare filijs eius matrimonij, si enim ad secunda vota tran
siret non est dubium, ꝙ filijs primi matrimonij reseruare tenetur
vt d. §. 1. ne vir ex do. & d. l. gñaliter. §. t. ita loquitur. j. eo. §. nec il-
lud. in quantum loquitur de dote, & dona. ꝗ debent seruari filijs
primi matrimonij transeuntis ad secunda vota. Sed ob. in quanti
tate, qa dicit tex. qđ dos, & donõ debẽt seruari filijs scdi matrimo
nij, ꝯiuge nõ transeunte ad tertia vota, & sic illa inutilã facit filijs
secundi matrimonij. Sed solue, qa illud ꝯtingit, qa cũ ibi supersint
filij secundi mr̃imonij, & filij primi mr̃imonij, & dos, & donõ pp
traositũ ad secunda vota seruet, dẽt ẽt seruari lucrũ dotis, & dona-
tionis pp nup. filijs secundi mr̃imonij, pp æqualitatẽ seruandã, &
3 inuidiã inter fratres euitandã. Sed sol. quã dedi ad §. i j. ne vir ex
do. est vera, qñ ad nõ transeuntẽ ad secũda vota, in trãseunte aũt
remanet ille §. incorrectus, vt totũ lucrũ do. & dona. pp nup. ce-
dat filijs primi mr̃imonij, qd ẽt erat de iure antiquo. Et ideo dan
then. si in leguur post dictam authẽ. vxorem, & circa prædicta ye-
de su. de non elig. sec. nubẽ. §. prospeximus. vbi dixi, & vide, quod
no. in auth. nunc autem. C. de sec. nup. Sed aduerte, quia licet non
transiens ad secunda vota possit dicta bona vendere, vel aliena-
re, tamen si nõ alienat videtur filijs reseruare. Ita probatur in hoc
§. ibi, placuit, &c. & d. l. generaliter. §. fin. & l. hac edictali. §. fi. No.
gl. hoc est verum & gl. alleg. siue no.

1 *Mulier in bonis filijs liberis nõ existãtibus, et si transiuit ad secũda vota, in-
to-*

totum succedit.
2 *Mulier quando possit nubere infra tempus luctus.*
3 *Pœnę impositæ nubenti infra annum luctus, an censeantur sublatę, & quæ.*
4 *Dispositio huius § qua additur legi primæ & secundæ. C. de sec. nup.*

§. Primæ quidem. Matrimonio liberis non existē-
tib. soluto, vxor añ annale tē-
pus ad secundas veniēs nup. pœnas patit̃ līmas, infamiæ abolitio-
ne de facili obtēta, liberis existentib. pōt abolitio impetrari iuris
1 solēnitate hic signata. h.d. † No. in fi. ver. si vero oēs. no. hūc tex. p
eo, qđ dixi s. de nō eligi. scđo nub. §. hoc aūt videlicet, qđ nō ob-
stāte transitu ad scđa vota. mulier succedit in totū quo ad proprie
2 tatē, & vsumfr. vbi oēs filij primi matrimonij decedunt. † Opp. &
vr̃. q vxor ĩ. tps luctus nubere possit, dummodo partum edat, vt
l. liberorum. §. 1. ff. de his, qui no. īfa. Sol. ibi loqtur, cum vir nō est
lugēdus, vt ibi no. ſm Io. opi. q̃ tenēt Doc. in l. 2. C. de sec. nup. & ĩ
l. 1. eo. tit. secus si vir esset lugēdus. Ita dēt intelligi §. si vero altera.
3 ĩ. eo. † Quæro, nunqd hodie istas pœnas luctus, patiat̃ nubēs ĩ. an
num? Vr̃, qđ non qa mortuo viro mulier soluta est a lege viri, vt
c. pe. in fi. ext. de sec. nup. & 11. q. 3. §. huic obligatur, & hanc opi.
approbat gl. in l. 1. in fi. C. de sec. nup. & l. liberorum, 3. præall. Cu-
ius ɔ̃rium no. in glo. l. decreto. C. de his, qui no. infa. & illam opi. te
net Odof. in d. l. 1. C. de sec. nup. gl. in c. fi. ext. de secun. nup. ponit
opi. & non firmat. sed Inn. ibi dicit sic. Aut loquimur de pœnis,
quas patitur mulier ex eo, quia in tps luctus nubit, & illas hodie,
a non patit̃, sed sunt correctæ per canonē.[a] Aut loquimur de pœnis
quas vxor patitur ex eo, qa nupsit liberis extantib. ex viro primo,
& illæ pœnæ adhuc hodie vñr hr̃e locum, & est ratio, qa primæ
pœnæ sunt merę pœnę, secundæ nō sed sunt introductæ in fauorē
filiorum. Ita tenet ibi Hostiē. per plures rōnes. Cy. ĩ l. 2. C. de secū.
nup. tenet ɔ̃rium, & nititur rñdere rōnib. Host. quib. rōnib. Cy. Io.
And. rñdet in d. c. fi. & tenet opi. Host. & Inno. & ista vr̃. veritas, cir
ca quod vide gl. Gofre. in sum. de secū. nup. Et no. gl. tene tñ ibi in
4 fi. vide vt no. in d. l. 2. C. de sec. nup. in d. l. decreto. † No. gl. q̃ inci. vt
C. ista bene dicit, quod additur illi legi primæ, & secundæ. C. de se
cun. nup. sed non adijcitur. l. si qua mulier. C. ad Ter. quia ibi idē
dr̃. quod hic, saluo q non dr̃, q filij filiorum succedant. Sed hic sic
& iō putarem, quod tex. velit dicere, quod illi legi velit adijcere,
quod iam contra est statutum per ll. antiquas, & hoc patet, quia
dicit ex veterib. adijci. ll.

ADDITIO.

a Per canonem. Ad quod vide Fel. in c. 1. de sponsa. prope fi.

1 *Exhonorare, idest, extra honorem ponere.*
2 *Pater, & mater transiens ad secunda uota, an amittat proprietatem.*
3 *Obligatio in aduentitijs, an hodie cadat inter patrem, & filium.*
4 *Filij non debent esse castigatores parentum, & quando possint esse.*
5 *Filius quando possit interdicere administrationem bonorum suorum patri.*
6 *Pater, vel mater, quod non habent ius eligendi unum ex filijs in lucro alte-
rutro ex coniuge perueniente.*
7 *Filiusfam. quod de iure ciuili etiam habeat hæredem.*

§. Si vero sit. Parente ad secundas nuptias cōuolante, li
beris nō existentib. lucra sunt parētib. ple-
no iure acquisita. Liberis aūt extantib. ipsorum est proprietas, &
vsusfr. parē. si administratio, & parētib. cōpetit circa castigationē
filiorum, alienatione penitus interdicta, alias vendicatio filijs per
mittit̃ nulla eis præscriptione currente, nisi 30. ann. eis incipientib.
currere cū fuerint sui iuris, & puberes liberorū electione, q̃tum
ad dicta lucra in libero transmittenda parētib. penitus interdicta.
1 h.d. † Exhonorare. i. extra honorē ponere. Op. & vr̃, † q pr̃, & mr̃ p
2 transitū ad secunda vota mox proprietatē nō amittat, cum de ea
testari possit, vt l. fęminæ. §. 1. C. de sec. nup. Huius timore Pla. &
Bu. sunt in diuersis op. Nā dicit Pla. qđ olim p l. fęminæ retinebat
pprietatē, sed filijs seruare tenebat̃. Sed per hunc §. incontinēti p
dit pprietatē. But. vero dicit, q p l. fœminæ, statim ēt pprietatē a-
mittebat. Sed veritas ē, qđ hodie, & olim pprietatē amittebat, sed
olim hēbat elec. vt d. l. fęminæ. hodie nō, q dr̃ de elec. corrigit̃, vt
3 ĩ. eo. §. venient. No. gl. scđo viro. in fi. veritas est, † q in aduētitijs,
seu ex cā aduentitia inter patrē, & filiū pōt esse cautio, & obliga-
a tio,[a] vt no. in auth. vnde si. C. de inof. testa. & de pac. do. l. 3. ff. de fi-
deius. l. si qs pro eo. & de cōd. indeb. l. frater a fratre. in 1. gl. mag.
vr̃ tex. in l. iubemus. in §. in supradictis autē. C. ad Treb. licet gl. ibi
dicat in duob. casib. eē spāle. Venio ad §. sed qđ sancitū, ĩ quo no.
4 q l. erubescit, &c. † quod intellige verū quantum ad administra-
tionē patrimonij, vt hic, sed bene posset filius prēm corrigere, vt l.
3. §. si qs quasi. ff. de cōd. ob cām. gl. alleg. hic ɔ̃ria, & nō sol. illud,
5 † qđ dixit, q filius nō pōt interdicere administrationē patri. Intel-
lige esse verū ſm dist. quia q̃n p̃r dissipat bona, in quib. filius ha-
bet proprietatē, tūc dēt distingui. Aut filio dēt dari regressus, quia
pater bona immobilia vendit, quæ vsu non consumunt̃, tūc filius
non pōt reprehendere patrē circa administrationē, & ita hic, &
C. de bo. quæ lib. l. fi. §. non aūt. Si vero pater vendit res mobiles, q̃
de facili pñt non apparere, tunc si pater esset non soluendo, & esset
hō malę vitæ, pōt p̃ri administratio bonorum interdici, vt l. fi. C.
de sent. pas. facit l. Imperat. fi. ad Treb. prædicta intellige in patre sa
næ mentis. Si vero pr̃ esset furiosus, tunc dic, vt l. his, qui. ff. de tut.
6 & cur. datis ab his, & l. 1. in fi. ff. de cura. furio. † Venio ad §. veniēt,
in quo no. quod pater, vel mater non hñt ius eligendi vnum ex fi
lijs in lucro alterutro ex cōiuge proueniente, cui concor. §. prospe
ximus. s. de non eligendo secundo nuben. & sic per hunc §. & illū
corrigitur l. fœminæ. & l. generaliter. §. diuidēdum. C. de sec. nup.
& pro hoc super dicta l. fœminæ. est posita auth. lucrū. q̃ est sum-
pta ex isto §. & d. §. prospeximus. Nec ob. huic d. l. in quib. in fi. C.
de sec. nup. Nam ille §. vt ibi no. hēt duas lect. Prima est, qđ parēs,
qui lucratur, & illud lucrum perdit per transitum ad secunda vo
ta, habet ius eligendi inter filios suos, vnum alteri in tali lucro di-
sponendum, & ſm hanc lecturam, ille §. nō corrigitur, immo cū
fi. huius §. concor. & ſm hāc lecturam tenent Doc. in d. l. in quib.
in fi. & p istis duab. lect. vide hic no. ver. partiātur. & gl. super ver.
7 ſm mensuram. † Vlt. circa hūc §. no. gl. super verbo, nuptijs, & gl.
in æqualitate. Ex qua gl. habes, qđ illud, quod dicitur q filiusfa.
habet hæredem, est adinuentum per Auth. de hær. quæ ab inte-
stato. §. 1. Sed veritas est, q etiam de iure ciuili filiusfa. habet hære
dem, vt l. q scitis. C. de bon. quæ lib. & l. fi. C. communia de suc. ad
idem l. fi. §. fi. C. ad Tert.

ADDITIO.

a Obligatio. Adde D. Soc. in consi. 162. inci. cōsiderata cōtingentia casus. ver. cōfir
matur præmissa ex eo. in fi. in 2. par. vbi refert Bar. in d. l. frater a fratre. Allegat
in tex. tenere contrarium, quod cōiter omnes ibi tenent contra eum.

1 *Stipulatio concepta sub duabus contrarijs conditionibus, si committitur ex
una alia committi non potest.*
Et quid in pacto.
2 *Dispositio huius §. quid addat ad §. hoc autem. sup. de non elig. secundo nub.*
3 *Dispositio huius §. q habeat locū in lucro dotis, & donationis propter nup.
Dict. ... in l. interpretata, quod sit in l. interpretante*

§. Quoniam infirmas. Parente ad secūda vo-
ta cōuolāte, superstitib.
liberis, vno filiorū absq; filijs defuncto, lucrum ad parentē redit p
certa portione ex pacto non existētiū liberorū: reliquum vero ad
filij hædes peruenire dēt, & pro eadem portione alienatio cōfirma
tur, q̃ alienatio valet in totū, si oēs filij parent. p̃decesserint. Itē filij
talia lucra, q̃ debent̃ pp transitum ad secūda vota percipiūt, dum-
modo non fuerint ingrati. h.d. vsq; ad §. optime. & gl. mag. ponit
casum. In tex. ibi, filiorum vnus sine filijs, secus si cum filijs, vt s. c.
1 ver. si plurib. & ibi, si vero nō hēat, &c. † Opp. hic innuitur, qđ ap-
posita fuerint pacta, vnum de lucrando totum in casu existentiū
liberorū, ſm de lucrando partē, in casu non existētiū liberorum,
& tñ vtrūq; pactū hēt effectū. Sed ɔ̃, ista duo pacta sunt ɔ̃ria. ergo
si vnū hēt effectū vires alterius debent cessare. Nā videmus, q si
stipulatio sub duab. ɔ̃rijs ɔdi. concipitur, & ex una committatur,
non pōt ex alia committi, ut l. si ita quis stipuletur. ff. de uer. obl.
ff. iud. sol. l. cum quærebatur. Ad idem de cond. insti. l. si plures, cū
si. sic ergo & hic, ex quo pactum est ex uno commissum, non pōt
ex alio committi. Sol. gl. dicit, q ista iura magis sunt uoluntaria,
quam rationabilia, & ista fuit opi. Gui. de qua fit mentio in aut.
sed si quis. C. de sec. nup. Circa quod uide, quod ibi no. gl. & Doc.
Sunt & aliæ opi. q̃ hic tanguntur, & uide, quod no. in d. l. cum quę
rebatur. de quo dic, ut plene dixi in §. prospeximus. s. de non elig.
sec. nub. ubi ēt uide quid iuris, si non fuit appositum pactum ſm,
2 de lucrando partem, in casu non existētium liberorum. † Quæro
quid addit hic §. ad §. hoc aūt. s. de non elig. sec. nub. dic, quod ad
dit in hoc, quia per illum §. non cōfirmatur alienatio, pp pactum
non existentium filiorum, nisi qñ omnes filij præmoriebantur pa
renti. Sed per hunc §. confirmatur alienatio ex pacto non existen
tium filiorum, etiam uno filio sine filijs parenti præmortuo,
& hunc casum addit Imperator ad dictum § hoc aūt. ut hic
3 in litera dr̃. † Sed quæro, in quibus lucris hēt locum iste §. dic, q in
lucro dotis, & donationis propter nup. & hoc sentit hic Io. quod
est uerum. Nam hic §. ad interpretationem dicti §. hoc aūt. loqui
tur tñ in dote, & donatione, ergo iste §. habebit locum in eisdē
casib. cum in his casib. sit locus legi interpretanti, quib. est locus
l. interpretatæ, vt s. de filijs ante dotalia instrumenta natis. §. fi. de
conium. cum eman. liber. l. nihil.

1 *Vir, vel vxor, an teneantur filijs primi matrimonij dotem, uel donationem
propter nuptias seruare, si transeat ad secunda vota.*
2 *Si mulier dedit in dotem omnia eius bona secunda uiro, & decedit in matrī
monio sine liberis, uir non lucratur ex forma l. municipalis ultra illud,
quod debet habere unus ex filijs primi matrimonij.*
3 *Filij secundi matrimonij, an admittātur cum filijs primi matrimonii ad re-
uocandum plus datum secundo uiro.*
4 *Filius secundi matrimonij an in bonis maternis debeat habere legitimam,
sicut filij primi matrimonij, ubi quod sic.*
5 *Filij primi matrimonij, an admittātur ad reuocandum, quando mulier de-
dit omnia bona in dotem secunda uiro, cum pacto de lucrando totum.*
6 *Donatio facta per uirum uxori, uel econtra, ultra formam hic traditam, li
cet huic l. renunciet, quod non teneat.*
Dispositioni huius § quod renunciari non possit.
Bar. super Authent.

Optime vero. Parenti ad secundas nup. conuolati, nō licet largiri, vel relinquere plus se
cundo viro, vel vxori, q̃ vni liberorū primis matrimonij, in quem
minus cōtulit, & qd plus dederit. poterit p liberos reuocari, nisi li
1 beri parentib. fuerint ingrati. h. d. §. Op. & vr, † q vir, vel vxor non
tenēatur filijs primi matrimonij dotē, vel dona. pp nup. seruare, li
cet transeāt ad secunda vota, vt l. si quis liberis. C. de do. pp nup. q
dā soluunt, qd aut sunt talia bona, ex qb. possit ɔsulere filijs primi
matrimonij, & obtinet qd dr ibi. Sed in ɔ̃ria dicit, aut hēt bona
extra dotē. vel dona. pp nup. ex quib. possit ɔsulere filijs primi ma
trimonij, & quod dicitur ibi, obtinet, alias, q dr hic. Tu dic, aut
pr. vel mr dat oīa bona sua in dotē, vel dona. pp nup. secūdę vxori
vel secundo viro simplr. non apposito pacto de lucrando, & tunc
pōt, vt ibi. aut vult dare apposito pacto de nō lucrando, ab initio,
vel ex postfacto vult relinquere, vel largiri, & tūc nō pōt plus lu
crari, q̃ lucretur filijs primi matrimonij, cui minus datur. circa
qd vide, qd no. gl. in l. hac edictali. §. si vero plus. in gl. sed pone, de
2 sec. nup. & idē in l. nulla. C. de in. do. † Et per hoc apparet, q si mu
lier dat in dotem oīa bona secundo viro, & decedit in matrimo
nio sine liberis, vir nō pōt lucrari ex forma l. municipalis vltra il
lud, qd dēt hrē vnus ex filijs primi matrimonij, vt patet hic, & in
3 l. hac edictali. circa prin. † Op. dr hic, q filij primi matrimonij re
nocant plus datum secūdo viro, vel vxori, quam dicat in l. ɔ̃. imo
ad reuocandū debēt admitti ēt filij secundi matrimonij. vna, cum
filijs primi matrimonij, vt C. de sec. nup. l. qm̄ prætεritæ. Sol. distin
gue tria iura. Primo de iure antiquo, id quod plus datū est perue
niebat solū ad filios primi matrimonij, vt l. hac edictali. prætall. Po
stea secundo iure introductū fuit, q deberet peruenire ad filios tā
primi, q̃ secūdi matrimonij, & sic corrigitur d. l. hac edictali. Ter
tiū est ius nouissimū, qd reducit nos ad ius antiquū introductū p
4 d. l. hac edictali, & ita loqr̄ § Et no. gl. hic manifeste, in fi. † Sed
hic q̃ro, an filius secūdi matrimonij debeat hrē debitū 1. ɔ̃. r. gl. for
mas hāc q. in aut. ad eos C. de sec. nup. sed non firmat, Iac. de Bel.
hic tenet, q filij secūdi matrimonij debent hrē lrimā, sicut filij primi
matrimonij, p §. illud. ɔ̃. eo. & § fi. C. de sec. nup cū alijs. & arg. s. de
trien. & semis. §. 1. licet nō admittant ad reuocandū, q plus datum
est secūdo viro, vel vxori, q̃ hēat vnus ex filijs primi matrimonij. q
5 minus hēt. † Itē q̃ro, pone, q mr oīa bona dedit in dotē secūdo vi
ro pacto interposito de lucrādo totū, an filij primi matrimonij to
tū reuocabūt, vide qd no. gl. in d. l. hac edictali. §. si vero. q̃ inci. sed
6 pone. † Vlt. no. tex. ibi. nulla machina. & c. ex quo hēs, q si vir do
nat vxori, vel eɔ̃, & in donatione excederet formā hic traditā, &
huic l. renunciat, talis renunciatio nō tenet. Nō. n. est introductū
in fauorē ipsius donantis, sed in fauorē alterius. s. filiorū, vt hic dr.
Item hēs in d. §. si vero. ibi, cum circunscriptione, & c. & sic renū
ciatio non valet, vt in c. si diligenti. ext. de fo. com. cum si.

§. Quia vero. In hoc §. ponit quo tpe inspiciat, an sit plus datū secūdo viro, vel vxori, quā fi
lio primi matrimonij, cui minus est datū. & br̄ h. d. An vitricus, vel
nouerca habeāt plus, tps a morte parentis inspicitur. Op. gl. mag.
& vr, q inspiciat tps datę, nō tps mortis, vt l. si ɔstāte. §. fi. C. de do.
ante nup. ɔ̃. e. §. de augmentis. dīt quidā, qd hic §. corrigit illam l.
sed certe, ista sol. nō est vera, cum eo. modo ɔ̃dicat. §. de augmētis
inf. e. qui est post hunc §. alij dicunt, q vtrunq; tempus inspicitur,
prout est vtilius ipsis filijs, vt no. in d. l. si constante. §. fi. alij dicunt
& ponūt aliam sol. & dic, vt in gl. quam sol. tenet Iac. de Bel. & fa
cit pro illa sol. inf. eo §. si vero. in prin. & in fi.

1 *Dos, & donatio propter nuptias, an debeat reseruari filijs.*

§ Nec illud. Parēte ab itestato decedēte post secūdas nuptias liberis existētib. de ambob. matri
monijs, tertijs nō ɔ̃ctis, res suæ propriæ, & lucra legatorū, & fidei
cōmissorū ad oēs filios æqualr debēt peruenire. Lucra vero dot.
& do. pp nup. ad filios tm̄ ex eo matrimonio susceptos, a quo de
1 scenderunt dicta lucra debēt venire. h. d. † Op. dr, q dos, & do. pro
pter nup. debent seruari. Contra s. eo. §. soluto. in fi. vbi ɔiunx lu
crans de illo lucro facere potest quicquid vult. Dīt quidam, q
hic transiuit ad secunda vota, ibi non. Hæc sol. inquantū respicit
filios secūdi matrimonij nō est vera, cū non transeat ad tertiū ma
trimonium. Quare Azo sol. de quo dic, vt in gl. quæ opi. reprobat
per gl. tanquam sit ɔ̃ mentem dicti §. soluto. Sed certe ista sol. A
zo. non est contra mentem, sed expresse contra tex. illius §. quare
solue, vt in gl. & vt dixi in d. §. soluto.

§. Quia vero. Parētes coguntur seruare filijs lucra ma trimonio soluto diuortio, quemadmo
dum & morte, & idem seruandum est in lucris super dotatis ma
tri factis. h. d. No. ibi, si matrimonium, ad primam partē facit s. e.
§. soluto. in prin. & quod ibi no. ad secundam partem facit tex. di
cti §. soluto. ver. si vero filiorum.

1 *Dos, & donatio propter nuptias pōt regulariter diminui parētib. cōsentiēb.*
2 *Probat. o contra præsumptionem de iure non admittitur, nisi per partis cō*
fessionem.

§ De augmentis. Parētib. ad secūdas nuptias ɔuolātib. liberis ex priore matrimo
nio existentibus non licet dotem, vel dona. propter nup. dimi
nuere, ne aliquid aduersus filios prioris matrimonij machinari ɔ
1 tingat. h. d † No. ex hoc §. q licet diminutio eīr admittaī partib. ɔ
sentientib. vt hoc §. in prin. & l. si constāte. C. de don. ante nup. Fal
lit in viro, & vxore ad secū. nup. conuolantib. liberis ex priore ma
trimonio existentib. vt hic §. h. ad idem l. si constante. in fi. prę al.
a † No. glo. q non debet. ibi, quia de iure est præsumptio, ɔ̃ quam
non admittitur probatio in ɔ̃rium, vel. non est verisimile. ff. quod
a met. cau. nisi per confessionem partium, a vt no. ɔ̃. de ęquali. do. §.
si autem mulier. coll. 7. & no. per Doc. in auth. sed iam necesse.
C. de dona. ante nup.

ADDITIO.

a Nisi per confessionem partium, Adde Mathes. sing. suo 2 9. inci. no. casum.

1 *Donatio vsusfructus facta inter viuos inter coniuges, quando valeat.*

§. Si vero vsumfr. Vsusfruc. vxori, vel viro relictus, per secundas nup. non amittitur,
nisi expressim aliud dictū sit, sed vsusfr. dotis, vel don. pp nup nō
1 amittitur, ēt si a moriente muliere sit dictū. h. d. fm gl. † Quærit glo.
quid si donauit vsumfr. inter viuos vir vxori, vel econuerso, ita q
tpe donationis talis donō nō valet, sed morte confirmet? dicit gl.
idē, q in vsufr. relicto post mortē. qa talis donō æquiparaī donoī
validæ ab initio. qd dic, vt in vlt. gl. sed certe, qd dicit gl. q æquipa
ratur donōi validę ab initio intelligitur, nisi per donatorē reuoce
tur, q pōt, vt in l. cū hic status. §. ait orō. & §. priam. ff. de do. inter
vir. & vxo. posset. n. ex postfacto talis donator interdicere, ne reci
piēs dotē lucretur, si transeat ad secunda vota, & sic per oīa est idem
in donōe, q̃ fit inter coniuges, q̃ ab initio nō valet, sed morte con
firmatur, q̃ est ī legat. & fideic. secus in don. validā ab initio, vt no.
in gl. mag. in fi. q̃ inci. & dona. pp nup. posita in seq. ver. fm aliū in
dona. ad quē veri. venio. & pro huius intellectu quæro ad literam
huius §. & gl. ponit duplicem lec. & approbat secūdam dicens, quod
est magis consona literæ, q̃ prima, qd dic, vt in gl. Sed certe posset
dici, qd prima lect. magis applaudat literæ, quā secunda, quia tex.
expresse dicit, q vsusfr. fuit in dote datus, non autem dicit gloss. q
fuerit in dote proprietas. Nec ob. q dicit gl. q tunc nō ex lege, sed
ex pacto lucratur, qa hoc credo, & hoc q hic dr ex lege, expone.
i. ex pacto, sicut ponitur alibi. vt l. hac lege. & l. cum in l. & l. fundi.
ff. de contrahen. emptio. & l. in lege. ff. loca. & l. si ita quis. §. cale
ge. ff. de verbor. oblig. at vtraque tamen est vera in se, & bona. Sed
vnum obstat primæ lect. quia hic dicit nil penitus. authen. hoc lo
cum. C. si secun. nup. mulier. circa quam lect. vide, quod ibi no.
per Doct.

§. Quoniam omnino. Pater vsumfructū sibi p filium acquisitum per transitum ad secunda vota non amittit, in castrensi, & quasi nu
nonnatur. h. d.

§. Mater tamen. Donatio a matre inter filios facta non reuocatur per igratitudinem
nisi ex trib. cau. matre ad secun. nup. conuolante. h. d. Quærit glo.
quid in patre secundam vxorem accipiente. dic, vt in glo. quā no.
& idem no. C. de don. auth quod mater. quæ sumitur ex isto §.

1 *Mulier secundo nubēs amittit dignitatem primi viri, nisi hac specialiter a*
principe impetraretur
2 *Homo satur non ita bene discernit, ut ieiunus.*

§. Non tamen. Mulier ad secūdas veniens nupt. prioris viri dignitatē, & priuilegia amittit
secundi acquirit, & retinet. Itē liberta nupta patrono postea matri
1 monio soluto diuortio, ad secūda vota peruenire nō pōt. h. d. † No.
q vxor amittit dignitatem viri, si homini inferioris dignitatis po
a stea nubat, a vt hic, & in l. fęminę ff. de senato. C. de codic. l. mul
tos. lib. 10. & de dignitati. l. multos. li. 12. nisi mulier transiens ad se
cunda vota specialiter impetrares a Principe, vt dig. primi viri reti
2 neat, vt ff. de sena. l. fęminę. no. in §. secundum. secundum glo. † q
homo satur non ita bene discernit. 12. q. 1. C rates.

ADDITIO.

a Nubat. Adde Bal. in l. cum te. C. de reuo. do. per illum tex. optimum. & Ange. in l.
cum quædam. ff. de iurisd. om. iu. & gl. in auth. sacramentum. in uersi. si mulier. C.
quando mul. tut. offi. fun. po.
Ratio autem est in promptu, quia mulieres coruscant radijs maritorū. l. fęminę. ff.
de senatt. cum si.

1 *Vitricus, quod possit esse tutor sui priuigni.*

§. Eiusdem quoque. Mr oīb. est fide dignior ad filiorum educationem, nisi
1 ad secun. nup. accesserit. h. d. Gl. non solum. ibi, vel a te. † Vides hic
a q gl. nō firmat, an vitricus possit esse tutor indistincte. a & idem
no. in l. 1. C. vbi pu. edu. debet. sed quod indistincte possit esse tu
tor vitricus, tenet gl. vlt. C. de contrario iud. tut. & idem tenet in
in l. nonnunquā. ff. de ado. & ibi per Gul. & de hoc in Spec. de tut.
§. nunc dicendum. ver. veruntamen. Et aduerte ad id, qd s. dr de
educa. quia debet intelligi de educ. fienda de bonis filiorum, sed
de bonis matris, indistincte potest alimentari, vt §. illud. inf. vt li
ceat matri, & auię.

ADDITIO.

a Vitricus possit esse tutor indistincte. Tu dic, ut plene no. Bald. in l. si pater tuus,
& quod ibi posui in . postilla uer. tuto. C. de contra. iud. tutelæ.

1 Dos

1 *Dos constante matrimonio, an solui possit.*
2 *Mulier an teneatur compensare cum dote id, quod sibi vir donauit, quod nō nisi inquantum sit facta locupletior.*
3 *Vir soluendo dotem vxori constante matrimonio sine causa, quādo liberet.*
4 *Exceptio dolo facis, quando obest agenti contra virum, qui soluit dotē vxori, constante matrimonio.*
5 *Exceptio dolo facis, quando obest agenti propter interusurium medij temporis.*

§. Dotes.

Dotes ↄstāte matrimonio restitui nō debēt, aīs donationis instar obtinēt, & maxime si ad secū
1 das peruenerit nuptias. h. d. † Opp. & vr̄ q̄ dos cōstante matrimo
nio solui possit, vt l. si cōstāte, & l. si quis, ff. sol. mat. l. mutus, §. manēte. ff de iure do. cum sim. Sol. q̄ hic dr̄ est rīr, vt hic in gl. & C. si
2 dos ↄstā. ma. l. 1. † Opp. & vr̄ quod sp dos cōstāte mřimonio pos
sit solui. licet sit donatio, qa maritus iure compēsationis possit esse securus, cum dos propter pniam possit reuocari, vt l. si spōsus, §. fi. ff. de don. inter vir. & uxo. cum simil. solue, vt in glo. quæ incipit. vt si prohibitæ, quæ tenet quod mulier non tenet compensare nisi inquantum est facta locupletior, ex eo quod maritus sibi
3 donauit, vt d. l. si sponsus, §. fi. l. 4. §. fi. l. seq. e. tit. † Tenet ergo glo.
vir soluendo dotem ↄstante matrimonio, sine causa lītima, non liberat nisi inquantum est locupletior, & tunc liberat iure cuiusdā compensationis, vt p hanc gl. quā tene menti. Et quod hæc gl. dicat verum, q̄ vir nō liberat nisi inquantum est locupletior vr̄ probari p l. sic pro rata. §. maritus. ff. de teli. & hoc tenet glo. ff. sol. matrim. l. 2. in prin. pbat̄ ēt in l. si cū dotem, §. 1. eo. tit. & no. ea. l. §. si mulier. & hāc opi. tenet Cy. C. si dos ↄstāte mat. l. 1. & pbat̄ optime in l. si. ff. de iure do. & eo. ti. no. in l. cum in fundo. §. vxor, in fi. in gl. & tunc. sed Ia. de Are. tenet ↄtrium, vt ipse no. in d. l. 1. C. si dos cōstā. ma. & inter aīs rōnes, quas facit, pbat, qa debitor in diē, soluēdo añ diē liberat̄ vt l. q̄ in diem. ff. de solut. Item pbat̄ per l. debitor. & l. seq. ff. de iure dot. & per l. cum in fundo. §. q̄ si accideri. e. tit. & p l. vir vxori, §. 2. ff. ad Vel. Sed ad l. q̄ in diem, rñde quod illud rīr fallit fauore dotis. Ad l. debitor, rñde altero de duob. mo. Nam dos soluta marito non pōt restitui mulieri cōstā. matri. vt l. ↄtria. hanc sol. pbat gl. in l. si ↄstāte, in gl. pe. C. de don. ante nup. 1r̄ dic, quod illa lex nō est ↄ ea, q̄ dixi, quia non cōtingit liberatio ipso iure, sed iure cuiusdā ↄpēsationis. & ita in casu nr̄o, qa est ↄ cōpen. inquātum mulier est locupletior, vt hic no. gl. nō ob. l. cū in fundo. §. q̄ si acciderit, qa ibi loqt̄ in restōne necessaria, hic uero in uoluntaria. nō ob. l. uir uxori, qa ibi soluebatur dos, vel soluto matrimonio, vel si intelligas eo cōstāte, soluebat̄ tamen ex legiti
4 ma causa. † Et no. glo. sed nōne. in fi. No. ex hac glo. prout intelli
gitur in re dotali mobili, quod exceptio dolo facis, ob. ei qui restiturus est ex interuallo, posito quod debeat habere interusurium medij temporis. Nam maritus tenetur dotē restituere vxori hodie post annum, vt in l. 1. §. exa. C. de rei vxo. act. & tñ sibi obst. exceptio dolo facis, nisi in eo, quod debet maritus ex pacto lucrari, & idē tenet Gul. in l. 1. C. si dos constā. matr. licet alij aliter intelligant, vt ibi not & idē ēt no. ff. de condi. ob cām, l. si donaturus. in fi. Ad idē tex. in l. deposui. §. si nuptura ff. de peculio. Ad idē l. socer. §. Lucius, ff. sol. mat. & qd̄ hr̄ in l. maritus, §. 1. fm primā lec. e. tit. cuius ↄtrium tenet Old. ī d. § Lucius, vbi ipse tenet, qd̄ q̄n restō debet fieri ex interuallo, non ob. petēti exceptio dolo facis, pp interusuriū medij tps, probat ipse per l. mulier. §. tetum, ff. te ain & quod ibi no. & p l. fi. §. idem q̄siit. ff vt le. no. caue. sed tenendo pce
5 dentem opi. rñ. † Et primo nō obst. dictus §. terum, quia ibi ideo
viro agenti non ob. exceptio dolo facis, quia mulier in amouendo delictum cōmisit. Vnde pp suum delictum pdit beneficiū regulæ dolo facis. Sed non ob. dictus. §. idem q̄siit, quia q̄ñq; ille q ex interuallo dēt restituere, hēt dilationē a l. miserationis gratia, vt est maritus, qui habet annum ad restituēdū bona mobilia, & tūc ob. petenti exceptio regulæ. dolo facis. nisi quantum ex pacto dēt lucrari, ut s̄. dixi. Q̄ñque qui ex interuallo debet restituere habet dilationem, quæ respicit ipsam oblig. non autem datur dilatio miserationis gratia, & tunc non obst. excep. regulæ, dolo facis. Ita loquitur dictus §. idem quæsijt. & hæc distinctio probatur ff. de cōpen. l. si cum militi. in fi. illud quod dixi, videlicet in casib. habere
a locum rīam, dolo facis, intellige ubi est liquidum a petēti debere
restituere, alias indistincte dicta rīa nō obi. ita no. in l. doli. ff. de doli excep.

ADDITIO.

a Vbi est liquidum. Adde omnino quod notatur in apo. ad Dy. post do. Boer. in regula, dolo facis, per illum alle. in 1. addi.

1 *Pœna de qua hic, an hodie habebit locum, ex quo mulier non iurat.*
2 *Pœnæ de quibus hic, an hodie sint sublatæ.*
3 *Mater quæ transiuit ad secunda vota nō petito tutore, vel si petijt male administrauit, an teneatur in subsidium, quod non nisi in fraudem fecerit.*
4 *Tutor petitus a matre transeunte ad secundas nuptias, an dari debeat, remissiue.*
5 *Mater luxuriose viuens priuatur tutela filiorum.*
6 *Mater transiens solum ad sponsalia, priuatur tutela.*
7 *Mater, quæ transiuit ad secunda vota, an matrimonio soluto possit ad tutelam filiorum redire, remissiue.*
8 *Mater data tutrix in testamento, si transiuit ad secunda vota, an patiatur pœnas de quibus hic remissiue.*

§. Si autem tutelam.

Mater tutela lītimorum filiorum, vel nāliū deserta ↄ sacrm, & añ rōnes redditas, ad sedas trāsiens nup. easdem patit̄ pœnas, quas mulier añ tps luctus nubēs, & penam̄ dissolonē eisdem
1 modis ↄsegt̄. h. d. † Quæro, hic dr̄ iurās. cum hodie mulier nō iu
rat, an hēbit locum hodie istæ pœnæ? dic q̄ sic. vt no in auth. eisdē pœnis. C de sec. nup. & ibi p Doc. & vide glo. j. vt prohib. ma. de.
2 & cre. §. fi. Quæro, † cum hodie sint sublatæ pœnæ, quas patit̄ mu
lier nubens j. tps luctus, vt dixi s̄. eo. §. si quidem. An hodie istas pœnas patiat̄ mulier, q̄ deserta tutela filiorū. secūdo nubit, dic, vt p Inn. in c. fi. ext. de sec. nu. vbi gl. tāgit, & idē sentiūt doc. in d. auth. eisdem pœnis, quod colligit̄ per no. p eos, in l. 1. C. de se. nu. & p Io.
3 And in d. c. fi. † Quæro, mr̄ dēt petere tutorem filio añq trāseat ad
secūda vota, pone qd̄ petiuis a matre male administrauit, an mr̄ in subsidium teneat̄? & vr̄, q̄ sic. vt l. fi §. psonis. C. de admi. tu. Sed ↄtrium determinat do. Lau. de Rā vt refert Ia. de Bel. vt nō teneatur, nisi hoc fecerit in fraudem, arg. l. a. §. non solum. ff. ad Tert. &
4 vide Cy. in d. §. personis. † An tutor petitus a matre debeat dari, no.
gl & Dy. in l si quis sub ↄdi ff. de testa. tu. & in auth. ma. & aut. C. q̄ñ mulier tut. off. fun. po. & ibi per Cyn. in 7. q. & Spec. in tit. d̄ tut.
5 §. nūc dicendum. ver. pe. † Quæro, hic loquit̄ de transeunte ad se
cūda vota. sed si aliter luxuriata est, an repellat a tutela? gl. in auth. sacrm. C. q̄ñ mulier, & c h. d. p quo optime l fi. eo. tit. vbi dr̄, quod
6 mulier dēt intactā pudicitiā seruare. † Vlrenus q̄ro, hic loqt̄ de
matre matrimonium ↄhente. qd si solū ad sponsalia transit, an repellat̄ a tutela. Spe. ponit. qd sic, vt ipse no. in tit. de tu. §. nunc dicēdum. ver. quid si nōdum, & per Doc. in l. non sine. C. de bon. quæ
7 lib. † Quæro, quid si mr̄ secundo nubens, ita quod reiecta est a tu
tela, finito matrimonio, velit tutelam filiorum reassumere, an debeat audiri? Doc. formant istam q̄onem in auth. mat. & auiæ, ī fi.
8 q. Spe. in d. §. nunc dicendum. versi qd si mr̄. † Quæro, mr̄ est data
tutrix filijs in testō, an propter transitum ad secūda vota, patiatur pœnas huius §. dic, vt no. gl. & Doc. in l. omnem. C. ad Tert. & per Doct. in auth. matri.

§ Placet quoque.

Pater filio cautionē præstare ↄpellitur de præstando legato, si secundas contraxerit nuptias. h. d.

§. Sed siquis.

Clerici vltra cātores. aut lectores nuptias ↄhere nō pñt. Cātorib. n. & lectorib. pmittit solis, si ad scd. . . . puenerint nup. maioris sacerdotij culmē ascendere nō pñt. Item laicus dimissa vxore in virginitate suscepta, & vnica, ad sacros ordines promoueri potest, alias secus. h. d.

1 *Vsufructuarius si satisdare non potest, an vsufructus remanere debeat penes proprietarium.*
2 *Conditio prohibens nuptias, quando valeat.*
3 *Iudex cui magis faueat, an reo, vel actori.*
4 *Legatum factum viduæ, si non nupserit, an valeat, remissiue.*

§. Quæ vero.

Legatum relictū sub ↄdi. nup. phibēdarum a viro, vel ab vxore, vel extraneo valet, & ↄ si ō seruari dēt, aīs legatum amittitur, & iō solo repetit, & restitui dēt cū fructib. & accessio. medij tpis iuratoria, vel fideiu. cau
1 tione p̄stita, fm qualitatē rerū, & psonarū. h. d. † No. tex. ibi, si maūt
nō valuerit, & c. qa facit ad q. qa si vsufr. nō pt satisdare, dēat vsustr. remanere penes pprietariū, & pprietarius dēt præstare vsurā vsq; ad tertiā cētesi de qua q. qd iuris sit, q̄ñ vsufructuari⁹ nō pt satisdare, dic vt no. Doc. in gl. in l. 4. C. de vsufr. & ibi all. hūc tex. & auth. cui relic C. de indicta vid. quæ sumit̄ ex isto §. & no. p gl. ī c. fi. ext.
2 de pi. † Op. & vr̄, q̄ ↄdō phibendarum nuptiarum non ualet ut l.
cū ita legatum, & l. cum tale. § si arbitrium, & §. hoc genus. ff. de ↄdi. & de gl. nr̄a circa hanc mām ponit quadruplex ius, d̄ quo per
3 Doc. in l. 2. C. de indic. vid. No. gl. hoc ibi, uel q̄ uerius, &c. † No.
istā partem gl. & eius rōnem, ex qua rōne hēs, & colligit̄ cui magis dēat deferri iurm, reo, uel actori. sed si in oib. essent pares, tunc esset recurrendum ad gl in l. ī bonæfidei. C. de iuret. & ibi p Doc.
4 in l. admonēdi. ff. e. & ext. de iureiu. c. fi. † No. gl. ne secundas nup.
ibi, fm Io. Idē no. in l. 2. C. de indi. uid. & ibi tenēt Doc. opi. Io. & eā tenet gl. in l. cum tale §. Meuiæ. in gl. ma. in fi. ff. de ↄd. & dē. Et ultimo circa hanc glo. inde quandam q. quam tangit glo. in d. l. 2. de. ind. uidu. & latius per Doct.

1 *Ius, quod seruatur in separatis, seruatur etiam in permixtis.*

§ Et quia

Si donatio ante nup. ī reb. mobilibus consistat, mr̄ eā accipere debet, & uti frui arbitrio boni uiri. Si uero consistat in reb. immobilib eā filijs dimittere dēt, & cautionem accipere de soluendis usuris, usque ad tertiam centesimæ. Idem seruādū est in parte quo ad partē, qd̄ i toto, quo ad to
1 tū. h. d. † No. versi. si uero permixtę, ex quo no. qd̄ idem ius seruat̄
in pmixtis, quod in separatis. Idem hēs in §. aliud, s̄. de nō eligen. sec. nub. Oppo. quod hic dr̄. q̄ si oēs uiuant, tūc in pactum de lucrando in casu nō existētiū liberorū locum hēt, imo vr̄, q̄ hēt locum uno ex liberis defuncto, ut sup. eo. §. qm̄ infirmas. Sol. hic §.
deter-

determinatur p dictum §.qm. Nā iste.§.loqt recitādo tantum di-
ctum §.aliud,sup.de non eli secun.nub. nouum ius statuendo.

1 *Mater ad secunda vota transiens qualiter succedat filijs.*
2 *Filius emancipatus,an hodie succedat ex testamēto de iure ciuili,sicut qui libet extraneus.*

§.Hinc nos. Mater ad secūdas nuptias veniēs cōicūq; libe-
ris ex testō succedit, sicut extraneorū qlib3,
ab intestato āt cū fratrib.defuncti succedit,& i bonis a p̄re puenie
tib. in vsufr.tm̄. In alijs vero bonis filio extrinsecus q̄sitis succedit
in totū,exce.an̄ nup.donō.in quā succedit in vsufructu tm̄, igrati-
1 tudinis rōne seruata.h.d. † Pro decōne huius § distingue tria iu-
a ra. Primū ius a fuit introductū p l.feminæ,§.fi.C.de secū. nup.& l.
mr̄.C.ad Ter in quib.distinguit. Aut mr̄ transit ad scd̄a vota ante
mortē filij,aut post mortē,& p̄m illa iura distinguebāt bona p̄na
ab alijs,qn̄ an̄ mortē filij nubebat. Sed si post mortē,bn̄ distingue
bant bona p̄na ab alijs,sed non distinguebāt ex testō,vel ab inte-
stato. Scd̄m ius fuit introductū p § nūc igit.s̄.de nō elig.sec. nub.
p quē §.corrigunt d.l.feminæ.§.fi.& d.l.mr̄.vt d.§.cū igit. ver. ne
quaq̄ Tertiū ius est introductū,p hūc §.in quo hēs, q̄ mr̄ trāsiēs
ad scd̄a vota succedit filijs ex testō indistīcte, siue sint bona p̄na,
siue sint aliunde acq̄sita,& siue nubat an̄ mortē filij,siue p᷑,ab in-
testato āt distinguit,an sint bona p̄na,an alia,qā in p̄mis in vsufru
ctu tm̄ succedit,in alijs in ,ppietate,nisi sint an̄ nup.donata,q̄ vlti
mū erat ēt p ɔstōnē s̄.de nō elig.secū.nub.§. nuptiali, & sic istud
ius ɔcor.cum d.§.cū igit.in omnibus,p̄terq̄ i vno,videlicet, quia
ille § non distinguit bona p̄na ab alijs. iste §.sic, q̄ si mr̄ succedit
ab intestato Et sic illud,q̄ dicit gl. in d.l.mr̄,qd̄ hodie reditur ad
distinctionem.d.l.mr̄.intellige ēt hic, & etiam hoc q̄ hodie redi-
tur ad distinctionem d.l.mater.intellige ab intestato,non ex testa
mento,& intellige q̄ ab intestato distinguuntur bona paterna ab
alijs,non aūt, an nubat ante mortem filij, vel non. vt distinguunt
2 in d.l.mater.qa illud corrigitur,vt hic expresse dr̄.† Vlterius hunc
tex.in versi.sic igitur,&c.inducit Ia.de Bel.ad q.vos videbitis, qd̄
mater succedit filio ex testō, sicut quilibet extraneus, dicit ipse,
est ar.q̄ filius emācipatus succedit ex testō de iure ciuili, sicut qli
bet extraneus,de quo sunt gl.ɔ̄riæ,quas alleg.s̄. de hære. & fal. in
§ exhæredatos.in versoninibus,veritas est,quod succedit ex testa
mēto de iure ciuili,probatur per tex.l.si ex duobus.in fi. ff. de bō.
pos.contratab.

ADDITIO.

a Menoch.Latissime de materia Afflict.decis.75.Bello.consi.31.in fine.

---

1 *Mater transiens ad secundas nuptias,filio sine fratribus decedenti,quod nō succedat in proprietate bonorum filio a patre obuentorum.*
2 *Ingratitudo repellit fratrem a succedendo ab intestato*

§ Ingratitudinem. Frater cā ingratitudinis trib᷑
ex causis a fratrū successione
excluditur,his obtinentibus i futuris causis.h.d. No.tex. ibi succe
dunt filij,&c. No.dispōnē huius §.non hr̄e locū, si mr̄ secūdo nu-
1 bēs succedit filio, vna cum alijs fratrib. defuncti. † Et sic si nō sup
essent filij fratris defuncti, mr̄ secundo nubens succederet filio in
totum,sicut si nō nupsisset,& ,p hoc gl.in auth.ex testō.C. de sec.
nup.nō bn̄ loquit.qa,vr̄ uelle q̄ ēt si mr̄ sola ueniat ad successionē
filij.nō succedit in proprietate bonorum filio obuētorum a p̄re p
trāsitum ad scd̄a vota,de qua q.dixi s̄.de n̄ eli.scd̄o.nub.§.hoc aūt,
& casus vr̄ hic. Quæro dr̄ hic,frater q est ingratus fratri, nō ɔseqt̄
lucrū a fratre,de quo lucro loquitur hic in tex.in gl.ma. sunt tres
opi.vna est,q̄ frater,q est ingratus fratri ex causis hic isertis n̄ suc
2 cedit fratri ēt ab intestato:ex qua no.† q̄ ingratitudo repellit fra-
trem a successione ab intestato,idē no.in d.§.cum igr̄.s.de nō eli.
scd̄o nub.i gl.sup uerbo fratrum,& ad hoc hūc tex.all. Sed aduer
te,qa istā qōnē format Guil.de Cug.in l.fratres,C.de inoffi. testa.
ubi dt q̄ ingratitudo repellit fratrē, ut nō admittat ɔ̄ uoluntatē,
sed nō q̄ ab eius successione ab intestato repellatur. Nā ,p hoc
inducit ipse l.cognatis.ff.unde cog.ad hūc tex.ipse r̄ndet, & ipsū
intelligit s̄m scd̄am lect.hic positam, & erit speciale hoc casu, q̄
secundam lect.uide ut in gl.

§.Et illud. Mater filio in lucro, ant ante nuptiali donatio
ne,nō succedit nisi in usufructu, his obtinēti-
bus in casib.futuris,in præteritis nōdum sentētia, uel transactione
finitis.hoc dicit in summa.

§.Et quoniam. Mr̄ & cū solis fratrib.& cū solis soro
rib.& cū pmixtis,i uirilē portionem
succedit filio.h.d. Op.uī qd̄ mr̄ filio nō succedit,ut s̄.eo. §. cū igr̄.
Sol.quod hic dr̄ euenit rr̄.ibi uero casualiter, & ex isto §. sumit
auth.& eum sol.posita super l.fi.C.ad Tertul.

§.Illud. Parentes ex principis orone dēnt inter filios æquali
tatem seruare, licet iæqualitatem seruare possint, si
uolunt,dummodo filijs in lūma portione prouideant.h.d. No.ex
hoc §.tex.ibi,& quod ex l.& c.quod debita iure nāe debēt ex l. &
sic ad quæstionem facit, an legitima possit per statutum auferri,
de qua dixi in § primum itaq; s̄.de hær.& fal.& in §. ɔsiderem᷑,
s̄.de trien.& semis. Secūdo no.quod tam filijs primi matrimonij,
quam secundi,debetur legitima de necessitate,vt hic. dixi de hoc
sup.eo.§.optime,&c.

De appellat.& infra quæ tempora debeat appellari. *Rub.*

1 *Tempus de quo hic,quod quo ad quid erit utile,& quo ad quid continuum.*
Tempus legale regulariter est continuum.
2 *Tempus decem dierum,quod datur ad appellandum, ita habet locum in interlocutoria,sicut diffinitiua.*
3 *Tempus decem dierum de quo hic, qd̄ computetur de momento ad momētū.*
4 *Appellari quod possit die feriata,etiam si feriæ sint repentinæ, non tamen appellatio exerceri.*
Restitutio ad prosequendum appellationem,q̄ detur ,ppter ferias repētinas.
5 *Libelius etiam die feriata offerri potest.*
6 *Iudex an exequatur sententiam interlocutoriam infra tempus decem dierum datum ad appellandum.*

ANteriorum. Iste titulus hēt tres partes. Pri-
mo ponit tempus app. interpo-
nendę. Secundo de tempore app. exercendę. Tertio
ad quem iudicem appellat. Secūda in §. ad hæc. Ter-
tia in §.iiii. Et br̄.h.d. Omnib.appellare licet J,x. dierum spatiū,
a die recitationis sniæ numerandorum,& si lis in consistorio pri-
cipis speretur moueri,omnia intacta permaneant,nec tempus ap.
exercendæ statutum currit, & a minorib. iudicib. ad maiores est
gradatim appellandum,& a clarissimis ad spectabiles & a specta-
bilib.ad illustres,& a delegatis a principe ad antiquos Romæ iudi
1 ces.b.d.† No.glo. J.decem dies, aūs est super verbo,a recitatione
sententiæ,ibi,l.ab eo die,& in auth.hodie. C. de appell. In eadem
ibi,q̄ hoc tempus ad aliquid, &c. vide circa istam partem q̄ not.
2.q.7.c.anteriorum, vbi glo. concord. cum ista. & vide quod no.
Spec.in tit. de appel.§.restat.ver. 1.& in fi.vide gl in l. superuacua.
C.de temp.in integ.resti.pe. in dubio aūt semper præsumitur con
tinuum, vt no.glo.in rub. ff.de diuer. & temp. præscr. & probatur
in l.cum hæres,§.pe.ff.de sta.lib.circa q̄ vide no. per Azo. in sum.
in tit.de diuer.& tempo.prescri.& in summa. C.de ann. exc.circa
2 medium.& quod no.Cy.in l.cum proponas.de ædil.ac. † Sed cir-
ca hoc quæro,an quod hic dr̄ de x.diebus, habeat locum in sniis
diffinitiuis,& interlocutoriis,in casibus, in quibus appellari p̄t ab
interlocutoria,vt no.in l.an̄ sniæ,C. quorum appel. non recip. in l.
2.ff.de appel.recip & vr̄ quod ēt locum habeat in interlocutorijs
per hunc tex qui simpliciter dicit, dari decem dies ad appellan-
dum,vbi olim dabatur biduum, vel triduū, sed olim dabatur bi-
duum,vel triduum appellanti ab interlocutoria, vt l.1.§. quod in
sententijs,& ibi no ff.quando app.sit.& no.in l. 2. ff.de app. reci. l.
2 ergo,&c & hanc opi.tenent Doc.in auth.hodie. Veritas est, q̄
appellanti ab interlocutoria dantur decem dies, sicut appellanti a
diffinitiua. Casus est expressus in c.significauerunt.extra,de ap.cir-
3 ca quod vide,quod no.in c.concertationi de appel.lib.6.† Sed quę
ro,an istud decendium computet de momēto, ad momentum.
dic quod sic,& hoc videtur velle glo.in l.1.§.dies.ff. quādo appel.
sit,de hoc habes glo.vnam 2.qō.6.cap.anteriorum. alia est in cap
frequens.de rest.spol.lib.6.& quod no.in glo.fin.in d.cap cōcerta-
tioni,& vide q̄ no. Archi in c.pia.ver. J.8.dies.de excep. libro 6.&
vide quod no. Spec. in tit. de appe. §. restat. ver. sed nūquid dies.
No.gl.quæ est super verbo,siue magni,& adde quod not.C.de ap.
4 l.a proconsulib. † Sed quęro, nūquid in casibus, in quibus potest
a appellari,possit appellari die feriata,a siue sint feriæ solennes, siue
repentinæ,dic quod sic,l.1.& ibi no.C.de fer.& l.1.§. dies. & §.1.
præa leg. Sed licet possit tali die appellatio interponi; tamen non
potest tali tempore exerceri, tamen tempus exercendi currit, li-
cet propter ferias repentinas detur restitutio, ext. de fer. c.fi.& qd̄
no.in l.1.C.de fer.& quod dieb. feriatis possit appellatio interpo-
5 ni,non est mirum:quia diebus † feriatis etiam in cā principali, pos
set libellus offerri,vt l.miles.§.sexaginta.ff.de adult. Doct.tenent
habere locum in causa ciuili,vt no. Spe.in ti.de fer.§.sequitur.ver
sic.2.& ver.item quolibet tempore libellus,& hēs gl.ord.dantem
hunc intellectum,ext.de iud.cap.fi.licet gl.in d.§. sexaginta, dicat
6 ibi esse spāle.† Vltimo circa hoc principium quæro, lata est sentē
tia interlocutoria,si J.decem dies potest appellari, vt dixi, an intra
illos decem dies iudex,qui ipsam tulit, poterit ipsam executioni
mandare.dicit enim pars,contra quam est lata snīa, se appellatu-
ram.non tn̄ appellat.dic vt no. Spec.in tit.de appel.§.restat. ver. fi.
& vide quod no.glo in c.fi.de appe.lib.6.& eo. tit. c.nō solum, de
offi.deleg.c.quærenti,& 11.q.3.c.cum apud. De diffinitiua autem
quid sit,est gl.ord.in l.j.ff.nil noua.appe.pen.in gl.2.

ADDITIO.

a Die feriata.Adde Lu.Pon.in l.1.de in ius vo.& Bal.in rub.C.eo.tit.& Host. But.
Imo.in c.præterea de dila.& ibi Bal & Lanfr.in c.qm contra.versi. petitiones,de
prob.& in cle.sæpe.ver.de plano.de verb.sig.
Adde quod ibi posui in apost.ad præall.Lanf.post compostillatorem illum, versi.
die feriata.

Appel-

1 *Appellans in causa huius §. quod sit tutus ipso iure.*
2 *Tempus appellandi non currit si stat per iudicem quominus appellationem prosequatur.*
3 *Instantia causæ principalis, an currat quando stat per iudicem quominus causa expediatur.*
4 *Et quid quando stat per alium, remissiue.*
5 *Iudices, quod debeant dare sententias habito consilio sapientum.*
6 *Dictio, ad, ponitur pro iuxta.*
Stat. puniẽs īsultũ factũ ad domũ, verificatur ī insultu facto iuxta domũ.

1 §. Ad hæc. †Quæro, an in casu huius §. appellans sit tut' ipso iure, dic quod sic, vt hic, et ibi, nõ ex hoc
litem pielitari, &c. & ibi, cũ intacta pmaneat, & hoc sentit gl. a. &
ita expresse no. C. de temp. app. auth. sed his, q̃ sumit ex isto §. & in
auth. item si sit app. c. tini. licet gl. alr sentiat ĩ. vt spon. largi. §. hoc
2 quoque †Quæro, qd de alio iudice, si stat p eum quominus quis
cām appellationis psequi possit: glo. 2. hic vr velle idẽ, qđ tps ipso
iure non currit, & idem sentit gl. in l. arbitrio. ff. de do. & ex quib.
cau. ma. l. sed si p prætorem. in prin. & idẽ tenet Azo. C. de tẽp. ap.
§. vbi aũt. sed ɔ̃trium no. in d. auth. itẽ si appellatis, & ibi gl. tenet,
qd tps currit, sed daī restõ, cũ qua ɔcor. qđ no. auth. hoc quoque.
Sed veritas est, qđ hic no. qa illud, cũ ɔcor. s̃ alleg. pbaī p text. ĩ §.
hoc quoq;. vbi dr nullũ p̃iudiciũ gñari, sed si esset necessaria restõ
saltẽ gñaret sibi p̃iudicium circa sumptus, quos ab aduersario nõ
recuperaret: qa nec dolo, nec facto aduersarij hos sumptus fecit.
ĩ. restõnem petendã, sed potius p iudicẽ factũ foret sibi p̃iudiciũ,
facit tex. in §. 3. de his qui ingre. ad appel. cum sua gl. & ibi p Azo.
in summa illius tit. circa prin. & glo. in c. ex rõne, extra, de appell.
3 †Quæro, qd de instantia cāæ principalis, si stat per iudicem: gl. hic
dr, qđ tps currit. ita no. gl. hic, nec dicit dãdã restõnẽ aduersus cur
sum tpis, & quod tps currat, & qđ restõ non dcẽ, tenet expsse gl. ĩ
d. auth. itẽ si appellanis, & in d. §. hoc quoq;, sed ɔ̃ not. C. de iudi. l.
properãdum, § sinaũt vtraq;. vbi gl. dicit dari restõnẽ, sed tps cur-
rere. sed p̃fatæ glo. dñt verius, & est rõ, nã minorib. nõ datur restõ
aduersus cursum instantiæ, nisi in subsidium, vt d. l. properãdum.
§. fin. & est in eis spãle, ergo in ɔ̃trium est ius cõe, circa quod vide
quod no. Doc. in d. §. sinaũt vtraq;, & in d. auth. itẽ si appell. Quid
4 aũt † iuris sit, si stat p aliũ, nõ per iudicẽ, gl. ponit in d. auth. itẽ si sit
5 app. & per Azo. in summa illius tit. & d. c. ex rõne. †Vlterius gl in-
ducit hunc text. ibi cõuocandum, ad argu. q iudices debent dare
sñias habito consilio sapientum, & hoc in ipsis sñijs scribant, circa
quod vide no. p Doc. in l. nõ est dubium, quæ est lex 3. C. de repu.
6 Vltimo circa hunc §. no. in gl. q̃ dicit ad hoc. l. iuxta hoc † quæro,
a & sic no. quod, ad, ponit pro iuxta, a & idem in l. militis, in princ. ff.
de test. mi. & p Iac. de Are. in l. item apud. §. conuitium. ff. de iniu.
quod tene menti pro statuto loquẽte de insulto facto ad domũ,
vt exponatur, ad domum. i. iuxta domum.

A D D I T I O.

a Pro iuxta. Adde Flo. in l. quidam Iberus. de ser. vrb. præd. vbi etiam per gl. & Bar. & vide Arch. in c. gratiose. de rescr. in 6. & 18. dist. presbyt.
Adde istum in l. meminisse. post prin. ver. itẽ inducit in arg. ff. de off. proc. & leg.

1 *Sñia appellationis est diffinitiua, & quando sit interlocutoria. remis. nu. 2.*
1 §. Illud etiam. †No. text. ibi, post diffinitiuã sñiam, ex quo hẽs quod sñia appel. est diffinitiua,
vt hic, & hoc videtur velle gl. in l. præsenti. §. sed si hoc facere. de
his qui ad ecc. conf. & quomodo & quando iud. in l. cõsentaneũ.
2 in gl. 1. de diffinitiua facit l. j. §. illud. de tem. appell. † An sententia
sit diffi. & quando interlocutoria, dic per Arch. in c. cupiẽtes, ext.
de elec. & per Io. And. in c. fi. de app. in clem.
1 *Tribunal proprie habet iudex ordinarius, non extraordinarius.*
§. Illo videlicet. Ad euidentiam huius §. vide glo. 1. quæ distinguit casus huius §. qđ no.
1 in l. præcipimus. C. de appel. in fi. † Et vltimo no. gl. super versi. tri-
bunal. quæ est sup. prox. & aduerte, quia loquitur de iudice ordi-
nario, iudex. n. extraordinarius non dicit proprie habere tribunal,
vt l. si locus. ff. de iud. & l. cum filius, in prin. de leg. 2.

De consulibus. *Rubr.*

COnsulatus. Consules, & eorũ vxores, & matres, in 7. ludis, & processibus pñt spargere argentum, & ex argẽto populum munerib. honorare, aurum eis spargere non licet, quia soli principi aurum contemnere conuenit, pœna contrafacientibus imminente h. d. vsque ad finem.

Vt nullus mutuans agricolæ teneat eius terram. *Rub.*

1 *Milites non dicuntur priuata persona.*
PRopter. Prouisio inducta per l. pro agricola, ɔ̃ priuatos creditores, extenditur etiã ad
1 milites. h. d. †No. text. ibi, & ne priua. &c. quod milites
non dicuntur priuatæ personæ, vt hic connectio tex. ĩs,
ibi, mil autem, &c. ad idem in fi. huius constitutionis. Item, sup.
de hær. & falc. §. quia vero duplex. ibi, siue priuatæ, &c. de quo di-
cam inf. vt or. præt. circa prin.

Nullum credentem agricolæ tenere illius terram; & quantam debeat mensuram dare. *Rubr.*

REm duram. Creditores ab agricolis exigere pñt noie accessionis, & vsuram, quolibet anno pro quolibet modio octauã partẽ modij, & p solido vnam siliq. & non amplius, his obtinẽtib. in lucro, pœna ɔ̃facientib. imminente. h. d. No. gl. super ver. aridos. ibi, sed nisi quid. idẽ. no. per gl. & Doc. C. de vsur. auth. ad hæc. No. gl. super vers. siliq. & vide, quod no. glo. in auth. hodie. C. de epis. & cle. No. glo. super verbo, in oẽs extẽdimus. vide quod not. gl. & Doc. in auth. ad p̃dicta. & in l. j. C. de sum. Trin. & fide cath. No. gl. super verbo, cadant, alibi gl. tenet, quod cadat per sententiam, vt no. in auth. ad hæc. sed hanc tenet Iac. de Bel.

De restitution. & ea, quæ parit in 11. mense post mortem mariti. *Rubr.*

1 *Filius rogatus restituere, an habeat unam quartam, uel duas.*
2 *Alienatio si fit de reb. subiectis fideic. an teneat, & qualiter reuocetur.*
3 *Alienatio subiecto fideicommisso si reuocetur, an fiat reuocatio cum fructibus medio tempore perceptis, quod non.*
4 *Alienatio facta per hæredem qui ignorabat se granatum, quod teneat & pretium debeat restituere.*
5 *Dispositio huius §. quod habeat locum in dote, vel donatione propter nuptias a granata persona constituenda siue exigendo.*
6 *Item habet locum pro dote, vel donatione propter nuptias pro filio, uel filia constituenda.*
7 *Fructus percepti a grauato, an debeant computari in dote, vel donatione propter nuptias, remissiue.*

DEcursio. Iste tex. habet duas partes. Primo ponitur de 1. parte rubricæ. s. de restõne. Secũdo ponit de 2. pte rubricæ. s. de muliere, q̃ peperit in 11. mẽse. Secũda ibi, vnũ si qdẽ, vsq; ad d. §. vnũ. Res re-
stitutioni subiacentes, alienari prohibentur, nisi pp cām dotis, vel
don. pp nupt. pp quas cās alienatio permittitur antiquo iure su-
1 blato, & oĩ circũuentione remota. h. d. † No. ex hac l. in versi quã-
obrem, quia iste tex. optime facit, q filius rogatus de restõne nõ
possit hr̃e vnam quartã. Nã hic vides, q filio de restituendo gra-
uato solum consulitur in quarta debita iure nãæ, & tota reliqua
suba venit in restõne fideic. nec diminui põt, nisi ex causa dotis, vł
donationis pp nup. sed si quartam Tre. detrahere posset dẽret ex
cã dotis, vel donõnis propter nuptias ɔsumere, si debita iure nãæ
nõ sufficeret: nã q hęc de reliqua suba possit detrahi ẽ priuilegiũ
dotis, & donõnis pp nup. ergo in ɔ̃trũ est ius cõe: qa pp nullã aliã
cām reliqua suba, quæ restat, possit detrahi, vel minui, vt l. ius sin-
gulare. ff. de leg. in fi. de qua q. dixi s̃. de hær. & falc. in §. si quis aũt
2 non implens, vbi de hoc per gl. circa princ. † Quæro, an si res, quæ
a subiacent restitutioni, alienent, teneat alienatio.[a] tex. in l. fin. §. sed
quia. C. cõia de le. distinguit, aut restõ dẽt fieri pure, vel in diẽ cer-
tam, & dic, q ipso iure non valet, aut dẽt fieri sub ɔdõne, vel ĩ diẽ
incertã, & tũc interim valet, sed adueniente die, vel ɔdõne pinde
est, ac si n̄ eẽt fcã alienatio, sed p auth. res, q̃. eo. tit. C. cõia de leg. q̃
sumitur ex isto principio, ipso iure non valet alienatio, ẽt qñ restõ
dẽt fieri sub ɔdõne, vel in diẽ incertã. ita tenet gl. ĩ d. l. fi. §. sinautẽ
sub ɔdõne, ĩ gl. imo vr. q hęc est vera opin. & vr fuisse opi. Imeri.
& ita vr voluisse in d. auth. res q̃. in eo, q simplr dr res q̃ subiacent
restõni phiberi alienari, vel obligari, & idẽ tenet gl. in l. Marcell'.
§. res, ff. ad Tre. gl. magna hic, q̃ est sup verbo, alienari. circa fin. vr
velle, q res q̃ subiacẽt restõni sub ɔdõne, si alienent vsq; ad quar-
tã alienatio tenet irreuocabilr, vt d. §. res. A quarta aũt s̃. interim
valet alienatio ipso iure, sed ɔdõne exñte alie. nõ infirmatur, & ita
intelligit hunc tex. Circa hoc ego dicerem sic. Aut res subiacent
restõni pure, vel in diem certam, & alienatio ipso iure non valet,
vt d. l. fi. §. sed quia, nisi vsque ad quartã, vsq; ad quam alienatio va-
let, & ita not. in d. §. sed qa. in glo. q̃ est sup verbo, posse transferre.
Aut subiacet restõni sub ɔdõne, vel in diem incertã, & tũc alie. ñ.
interim tenet, sed adueniente ɔdõne, vel die, res alienata vendica-
tur, vt d. §. sinaũt sub ɔdõne nisi vsq; ad quartã, vsq; ad q̃ indistin-
cte valet irreuocabilr, vt d. §. res, & gl. hic. Et q alienatio idistĩcte
irreuocabilr vsque ad quartam valeat, tenet Ia. de Are. in d. §. res,
licet ibi gl. istam opi. nõ approbet. cũ hac dist. dat intelligi hic tex.
non. n. iste tex. aliqd noui inducit ad illã l. fin. C. cõia de leg. sed so-
lũ decisio illius legis hic per ordinẽ recitat, vt patet hic. in ver. sed
tñ. solum. n. ab illa l. duos casus excipit hic, & ita tenent Doct. in d.
auth. res, & pbantur prædicta expresse §. quamobrem, in princ. in
hoc ntu. Et istud tenet Ia. de Bel. hic, licet gl. ĩ §. sinautem sub cõ-
di. & in §. res, & aliæ supra alleg. teneant, quod hodie per hunc §.
inducatur, q ẽt si res subiacent restitutioni sub condõ. ipso iure
non

A D D I T I O.

a Alienatio. Adde q̃ habentur per do. Soc. in cõs. a 17. inc. pñs consultatio pulchra. uersi. 4. confirmatur. cum s. q. in 2. parte. et Fel. in c. ecc. [illegible] de [illegible] fi. ubi plene, an tunc post alienationem dominium transferatur.

non tenet alienatio, sed dic vt dixi. An aũt illud, q alienatũ impu-
tetur hẽdi in quartam? dic vt per glos. & melius per Dy. in d. §. res.
3 † Quæro, an in casu, in quo res alienata reuocatũ, debeat reuocari
cũ fructib. medii temporis. gl. d. §. sed qa, tenet q sic. sed ꝯ Richar.
Malumb. per multas rões, quas ibi refert Cy. de quo est glo. in l.
4 emptor. ff. de rei vend. † Quæro, si hẽs ignorans se grauatum alie-
nat, an valeat alienatio: dic q sic, sed debet pretium restituere, vt
l. fi. §. fi. ff. de leg. 2. & no. in l. quidã ita. §. si quis filium. ff. ad Trebel.
5 † Quæro pro declaratione huius §. quamobrem. in quo casu hẽt
locum hic §. r̃n. leo, habet locum siue loquamur in dote, siue in
don. propter nupt. a grauata persona constituenda, & pacto de lu-
crando super ipsis interponẽdo, siue loquantur in dote vel do. p-
pter nup. a grauata persona exigenda, hoc colligitur ex gl. sed nõ-
6 ne, coniuncta gl. d. auth. res quæ, &c. † Quæro, an hic. §. habeat lo-
cum pro dote, vel do. pp nup. constituenda pro filia, vel filio. Hãc
q. probat Pe. de Bel. & ibi refert Cy. de qua q. est gl. in l. a filia. ff. ad
Treb. & vide quod no. inf. de test. §. nobis igitur. in glos. si pro filia.
col. 8. vbi gl. ẽt q̃rit, qd iuris sit, si filia alienauit fideic. pp nup. & po-
stea sol. matr. dotem recuperauit, an res incidat in fideicõ. de quo
7 dic, vt ibi, & tangitur in d. auth. res. † Quærit hic Iac. de Bel. an fru-
ctus percepti ex hoc debeant computari in dotem vel dona. pro-
pter nup. quod dic, vt hic per eum, quæ q. est vtilis pro intellectu l.
mulier. §. cum proponeretur. ff. ad Treb.

1 *Præsumptio de præterito sumitur & in futurum.*
2 *Matrimonium contractum per mulierem, licet prohibeatur, tamen tenet.*

§. Vnum siquidem. Mulier ante tps luctus pa-
riens, cũ certus, & indubitatus est partus ex viro præmortuo editum non esse: easdẽ patit pœ-
nas quas subijt mulier inf. tps luctus nubens, & nedũ proprietate,
1 sed vsufructu & añ nup. do. priuatur. h. d. † No. ex hoc §. q psũptio
a de pterito sumit & in futurũ, vt hic in ver. mulier. n. sic C. de adul.
2 l. si quis. † Secundo no. text. ibi, q̃ ad legi. q licet sit prohibitũ mu-
b lieri inf. tps luctus ad secũda vota transire, tñ matrimoniũ tenet,
vt hic, & no. in §. primæ siquidem, s̃. de nup. no. gl. super ver. pfe-
cto, & gl. in ver. si legitimas. Si luxuriatur post tps luctus ꝯ pnum
huius no. in auth. sacramentum. C. quando mul. tut. off. quã opin.
tenet hic Iac. de Bel. dixi sup. de nup. §. si autem.

ADDITIONES.

a Et in futurum. Adde quæ ad hoc habentur per Fel. in c. mandata. in prin. de præ-
sump. & in prin. eod. tit.
b Matrimonium tenet. Idem etiam in matrimonio contracto contra interdictum
Ecclesiæ, quod etiam tenet, ita multum no. & ample ponit Ceo. Tho. consi. suo 1.
incip. Bonauentura contraxit. vol. 5.

De tabellionibus. Rubr.

Hæc rubrica habet duas partes. Prima loquitur de tabellionib. Secũda de protocollis, & de prima parte tractatur vsq; ad §. illud quoque, & ibi incipit secunda vsque ad fi.

1 *Notarius debet esse rogatus de instrumento, quod facit.*
2 *Notarius non delegat instrumenti confectionem.*
3 *Notarius an necessario rogari debeat ab vtraque parte.*
4 *Notarius, an præsumatur rogatus.*
5 *Testes scripti in testõ, si non apparet quod sint rogati, an præsumatur.*
6 *Testis in testamento si reperitur, quod fuerit adhibitus, idem est, dicere, ac si esset rogatus.*
7 *Notarij præsentia, an præsumatur fuisse in confectione instrumenti, si in subscriptione dicit solum se subscripsisse. & publicasse.*
8 *Verba, illa, v. s. o libello, litis conte. & iuramento calũnia, apposita in sententia, an per hoc probentur præcessisse.*
9 *Hæres tabellionis de rogitis ipsius tabellionis, an possit conficere instrũ.*
10 *Notarius cogitur ad exhibitionem protocollorum.*

Item Paulo. Tabellio a partib. rogatus dẽt per se audire negocium, & ip-
semet scribere, nec alicui delegare pt. pena ꝯfaciẽtib.
imminente. in vrbe Constan inop. duo spãlia circa ta-
bellio. offm exercẽtur. no. Et ad euidẽtiam pmittit,
qd no. gl. tabellio erat. s. minor, commisisse. s. magistrum cuidã, s.
tabulario, chartæ completio, i. non subscribat tabellio noĩe suo, vt
no. inf. de instr. cau. & fi. §. sed si instr. & ñ iste tabellio. s. fuerit dñs,
10 collat. 1. † Vltimo no. gl. super ver. faciat. in ver. si vero contigerit.
neque ipsum, &c. quæ dicit, q iste rogatus de restituendo quicqd
superfuerit. potest diminuere de hęreditate propter alimenta suo-
rum suorum, & sobolis, & sic de alijs.

De priuilegijs dotis, mulieribus hæreticis non præstandis. *Rubr.*

1 *Hęretici dicuntur omnes, qui sint extra fidem, & non sunt membrum Sanctæ Ecclesiæ.*
Item qui non percipiunt sacramenta communionis nu. 3.
2 *Hęretici non possunt habere officia inter Christianos.*
4 *Mulier in donatione propter nuptias licet habeat tacitam hipothecam, non tamen habet priuilegium, sicut habet in dote.*
5 *Vir pro donatione propter nuptias, quod non habeat tacitam hypothecam in bonis vxoris.*
6 *Mulier pro rebus paraphernalibus habet tacitam hypothecam in bonis, nō tamen priuilegiatam, sicut in dote. & nu. 7.*

VNam nobis. Hæretici appellantur, qui non
sunt membrū ecclesię sanctæ,
& catholicę, & qui sanctam communionem in san-
cta, & catholica ecclesia a sacerdotib non recipiūt, &
priuilegia catholicis tantūmodo cōcedūtur, nō hæreticis, nisi fue
1 rint reuersi. h. d. † No. in prin. huius cōstit. q oēs, qui sunt extra fidē
Christianam, & non sunt membrum sanctæ, & catholicę eccle-
2 się, sunt hęretici. concor. sunt in glos. Circa q vide quod no. in l. 3.
C. de hære. nec pñt esse in aliquo publico officio, vel ecclesia in-
ter Christianos, vt hic in prin. nec pñt eē in aliqua dignitate, vt C.
3 de Iudę. l. fin. † Tertio no. q hæretici dicuntur illi, qui non perci-
a piunt sacramenta, & communiones, a & si sunt mulieres non con
ceduntur priuilegia dotalia, vt hic in §. quia. n. &c. † Quarto no. in
ver. qa n. q quælibet mulier catholica licet habeat in dote tacitā
hypothecam priuilegiatā, vt alijs pferatur, tñ in donōne pp nupt.
licet hēat tacitam hypo non tñ hēt priuilegiatam. idem habuistis
4 3. de ęqua. do. §. his 3ñs. & in l. fi. §. fi C. qui po. in pig. hab. † Sed q̄-
to hic de vna qōne: vos videtis hic, q mulier in don. propter nup.
habet tacitam hypoth. sed non priuilegiatam, vt præferatur alijs
creditorib. sed nunquid vir pro ista donatione habeat tacitam hy-
pothecam in bonis vxoris? dic quod non, cum non reperiatur l.
cautum, vt no. Doct. in l. fina. in 4. oppo. C. qui pot. in pigno. habe.
Sed

ADDITIO.

a Et communiones. Sed quid de eo infirmo, qui petijt communionem, & hostiam
non consecratam, an dicatur hæreticus, vide Felin. in c. ad abolendam. in prin. de
hære. item quid de eo, qui celebrat hostia non consecrata. aut inuocat dęmones
ad sciendum futura, vel præterita, vel ad tentandum mulieres, vel ad euitandum
grandinem, vide per eum in rub. de hær. post prin. ver. item scias, & quid de eo, q
dubitat in fide. uide per eundem in c. j. de hær. in prin.

6 Sed quæro,† nunqd mulier pro rebus paraphernalibus datis viro
habeat in bonis viri tacitam hypothecã priuilegiatã, sicut habet
pro dote, vel an hẽat tacita hypothecã tñ: tex est in l.fi. C.de pact.
7 conuen. quod sic. †Sed quæro, an habeat hypothecam priuilegia
tam. & dico, ꝙ non. de hac taugunt vnum verbum Doct. in l. vbi.
C.de iu. dot. in 3. opp. hoc tenet Inn. in c. ex literis. extra, de priuile.

Hæc constitutio innouat constitutionem, quæ præsc. centum annorum, &c. *Rub.*

QVod medicamenta. Contra ecclesiã in casib. in qbus ꝯ priuatũ currit pſcr. 30. an. sola quadragenaria currit præscriptio, vinc. triẽnij, & quadriennij pſcrip. in suo robore durãtibus: his in futuris casib. obtinẽdib. & in pẽdẽtib. nõdũ sñia. vel trãsactione finitis. h.d. & istã cõstit. declara, vt plene dixi s. vt ecclã Romana gaudeat, spatio cẽtũ annorũ pſcriptione.

De litigiosis, & decima parte litis. *Rub.*

Iste tit. habet tres partes. Primo ponit de litigiosis. Secũdo ponit, & consulit reo ꝯ actorem in pſtatione cautionis de lite prosequẽda, & finiẽda in decima parte quãtitatis in libello cõpræhẽsæ, si apparuerit iniuste litem mouisse. Tertio cõsulit reo ꝯ actorẽ in actione, seu lite prosequenda, & sñia obtinenda ẽt li. non contest. Secunda ibi, in §. ad excludendas. Tertia ibi, in §. omnem vero.

1 *Vtile dominium, & quasi dominium, quod idem sit*
2 *Actio quando fiat litigiosa, & tam pro re, quam pro iure personali, vel iure incorporali.*
3 *Res, an efficiatur litigiosa, quãdo agitur actione personali, sicut ipsa actio.*
4 *Si agitur actione confessoria, vel negatoria, vel hypothecaria, an hẽat locum constitutio, vbi ꝙ sic, quantum ad ipsam actionem, nõ quantũ ad rẽ.*
5 *Actiones mixtæ, quando efficiantur litigiosæ.*
6 *Libellus, an requiratur ad hoc, vt res efficiatur litigiosa, vel sufficiat simplex conuentio.*
7 *Legatarius quòd possit assistere liti exercendæ, nec colludatur, quando res litigiosa legatur.*
8 *Legatarius compellit hæredem ad agendum, pro re sibi legata.*
9 *Actio, quòd detur alicui contra alium ad agendum, contra aliquem.*
10 *Alienans rẽ obligatã causa mutandi iudicij, ꝙ teneatur actione in factũ.*

MVlta quidem. Litigiosa res, de cuius dominio disceptatĩ, aut ꝑ iudiciariam conuẽtionem, aut per preces Principi oblatas, & aduersario legitime cognitas, alienari prohibetur
a a pœna per antiquam ꝯstõnem ꝯfacientibus imminente: litigãte
aũt defuncto eius rei litigiosæ inter hæredes diuisio fieri põt. Itẽ
talis res põt a testatore legari, & legatario permittitur liti adesse. Itẽ
res a debitore obligata per litem super hypotheca intẽtatam, nõ
efficitur litigiosa, nec eius alienatio prohibetur creditori tñ cõsulitur.
h. d. vsq; ad §. ad excludendas. vide ergo, ꝙ res litigiosa dr̃, de
1 cuius dñio controuersia sit inter possessorem, & reum. †Sed quæro,
quid si controuersia sit de vtili dominio, vel quasi dñio, an est
idem. gl. quæ ẽ in auth. litigiosa. C. eo. tenet, ꝙ sic, & idẽ tenet Iac.
de Bel. hic. ita etiam no. per Azo. in sum. C. eod. § j. facit etiã quod
no. C. eo. l. 2. & quod no. glo. 11. q. j. c. quia res. Secundo quæro, vides,
ꝙ res efficitur litigiosa, quando contenditur de dominio, vel
2 quasi per simplicem iudicialem conuentionem. † Sed quæro, an
ipsa actio efficitur litigiosa? Doc. in d. auth. litigiosa. circa finẽ, vñr
velle, ꝙ actio realis nõ fiat litigiosa ante li. cõtest. immo possit cedi,
licet res non possit vendi. Cõtra hãc opi. Doc. vr̃ casus. C. de liti.
l. 2. intelligendo l. illam tñ in actione reali, vt dicit prima opin.
posit. ibi in gl. 2. coniuncta ẽt pe. gl. illius l. super verbo, pẽdente,
dum dicit, lite contest. vel non. & tamen illa lex sm prædictã opi.
loquitur, siue cedatur ipsa actio realis, siue ipsa res, in aliũ transferatur,
& hanc opi. tenet gl. extra, vt li. pend. c. ecclesia Sanctæ Mariæ.
in l. pdicta. Gl. no. hic super ver. possidentem. innuit, ꝙ hodie
actio nullo modo efficiatur litigiosa, de quo ꝯ. dicã. Tertio q̃ro,
an ista cõstitutio habeat locum in incorporalib. dicit Pla. ꝙ sic in
actione personali. quod gl. super d. verbo, possidentem, dicit verũ
esse de iure antiquo, sed hodie contra per hanc constit. Idẽ, ꝙ hic
no. Azo in sum. C. e. §. item quod dicit inter petitorem, & ẽt in fi.
tit. Per hoc dicit gl. super d. verbo, possidentem, ꝙ non ob. l. j. & 2.
C. ne liceat po. & e. vbi dr̃, ꝙ si actio ceditur potentiori, ꝙ amittitur:
quia ibi loquitur in actione, & sic in re incorporali, quo casu
cessat hæc ꝯstõ, & sic habes in hac gl., ꝙ vbi tractamus de actione
psonali, vel reali, vel aliquo iure incorporali, nõ hẽt locũ hæc constitutio,
nec efficitur ipsa actio litigiosa: sed tu dic, ꝙ quantum ad
actionẽ realẽ est tenẽdũ: ꝙ s. dixi: sed in actione psonali dic, ꝙ ipsa
actio efficitur litigiosa solũ per litẽ cõtestatã, & nõ ante, d. l. 2. & fi.
in princ. C. de liti. nec hodie illa iura sunt immutata per istã cõsti.
& istam opi. tenet gl. in d. l. 2. hoc ẽt tenent Doct. in auth. litigiosa.
3 in fi. & ad l. j. & 2. C. ne lic. po. a fide, vt no. gl. & Doct. in d. l. j. † Quæro,
vides, ꝙ actio personalis per li. cotest. efficitur litigiosa, sed q̃ro
nũquid vbi agitur actione personali efficiatur litigiosa ipsa res, sicut
ipsa actio? Doct. in d. auth. litigiosa, in fi. videntur velle, ꝙ non.
in contrarium videtur l. vltima, in prin. C. de liti. dum dicit, vel res
quas possidet, &c. nec distinguitur ibi, an agatur actione personali,
vel reali, circa hoc vide, quod no. glo. in l. q̃q̃. §. Iul. super verbo,
4 iudicium, de aqua pluuia arcẽ. † Sed quæro, pone, quod ago contra
te actione reali, nec principaliter tractatur de dominio, sed de
alio iure principaliter, puta de confessoria, vel negatoria: vel pone,
ꝙ ago hypoth. vtrum habeat locum hæc constitutio. glo. quæ
est C. de liti. auth. litigiosa, videtur distinguere inter seruitutes reales,
& personales, gl. no. hic super d. ver. possidentem, videtur velle,
ꝙ vbi tractamus de iure incorporali, non habet locum hęc cõstitutio,
nec vitiũ litigiosi. Tu vero dic, aut quæris vtrum ipsa res
efficiatur litigiosa, dico ꝙ non, vt ꝯ. eo §. ad hoc etiam li. contest.
& licet ibi loquatur in hypothe. tantum, tamen idem est vbi agitur
negatoria, & confessoria pro iuribus incorporalibus, arg. dicti
§. ad hoc aut quæris vtrum fiat litigiosa ipsa actio confessoria, &
negatoria, & hypoth. & dic, quod sic, sed demum li. contest. & nõ
ante, arg. l. 2. & l. fi. in princ. C. eo. quæ indistincte dicũt, quod quacunque
actione agatur ipsa actio efficitur litigiosa per li. contest.
Circa prædicta tamen, videlicet, an ista constitutio habeat locum
in iurib. incorporalibus, vide c. cum venissent. extra, de in integ.
5 restit. & c. ex parte, extra, de arbit. † Sed quæro, quid de actionibus
mixtis? respondeo, aut loquimur in iudicijs vniuersalibus, aut in
particularibus. Primo casu efficitur litigiosa res, & actio. Fallit in
casu l. diuus. ff. de pet. hær. Secundo casu demum li. cõtest. & olim
b & hodie fiet litigiosa ipsa res, & actio, vt l. j. b in fi. C. communi diui.
nec est hodie immutatum per istam constitu. licet ꝯtrium sentiat
glo. in d. l. diuus, de peti. hære. & circa hoc vide, quod notatur per
6 Doct. in d. l. j. C. communi diuid. † Quæro, dicitur hic per simplicẽ
conuentionem, nũquid sit necesse, ꝙ detur libellus, vt fiat litigiosa?
glo. tenet hic, ꝙ sic, & ipsam tenet Azo in summa. C. eod. circa
princ. ver. idem, ꝙ dicit. Circa quod vide, ꝙ no. Doct. in d. auth. lit.
7 & quod habes extra, vt li. pend. c. fi. & quod ibi no. in cle. † Venio
ad ver. & hoc aũt. no. tex. circa fi. qui vult, ꝙ cũ legatur res litigiosa,
ꝙ legatarius possit adesse liti exercendæ, ne colludatur, & fiat litis
particeps, vt hic dr̃. simile habes in cooc or. positis in glo. & vide,
quod no. per gl. per hunc tex. in eo, quod dicit litis participem
8 fieri, in l. suspecta. in prin. ff. de inoffic. testa. † Quærit gl. super ver.
consequatur, pone, ꝙ hæres non vult agere, qualiter cõsuletur legatario?
glo. dicit, ꝙ legatarius eum compellat agere. & sic no. † tex
9 hac gl. ꝙ quis habet actionem contra aliquem, vt agat cõtra aliũ.
Idem habes in l. si sic §. j. ff. de leg. j. & in l. cũ in plures. §. mensuri.
ff. loc. in l. si tibi optio. §. fi. de opt. leg. in l. 2. in fi. ff. ad l. Rhod. de ia-
10 ctu. cum si. † Venio ad §. hoc autẽ. & quæro, video, quod res obligata
non efficitur litigiosa: sed nunquid tenetur ipse debitor, qui
alienat istam rem causa mutandi iudicij? dicit gl. quod sic, actione
in factum. licet enim ille obulus habeat locum, antequam res fiat
litigiosa, multo magis post. ita dicit glo. hæc super ver. quando. q̃
est secunda in ordine, non tamen intelligas, quod in casu huius §.
res sit effecta litigiosa, vt hic dicitur in tex. Circa hanc glo. vide,
quod no. ff. de ali. iu. mu. causa fa. l. ex hoc edicto. §. j.

ADDITIONES.

a Prohibetur. Et in quibus casibus alienari possit. vide tu d. Alex. de Imo. in l. q̃q̃. § Iul. de aqua pluuia arcen. & gl. in c. ecclesia Sanctæ Mariæ, vt li. pend. & Spec. in tit. de cel. ac. §. 4. versi. si autem fit. & vide Bar. in l. damni. §. si dominus, de d. an. infec. & aliquid per Fel. in c. venerabili. de offic. deleg. in fi.
b Vt l. j. Et eundem ad hoc vide etiam Bar.

1 *Cautio de lite prosequenda de qua hic, quod non sit superflua.*
2 *Cautio de lite prosequendo, an præstetur in causa appellationis.*
3 *Quæ actio quæratur reo contra actorẽ, ex subscriptiõe facta libello, et n. 5.*
4 *Actio absenti, quòd quæratur ex stipulatione officialium.*
6 *Cautio de qua in §. 1 supra, de executo. supra, de li. contest. quòd interponatur ante cautionem, de lite prosequenda, de quo hic.*
7 *Cautio de lite prosequenda, de qua hic, quod non præstatur corã arbitris.*
8 *Libellus, an possit per partes remitti, remissiue.*
9 *Libellus offertur per actorem iudici, & per iudicem reo.*
10 *Preceptum faciens ad causam, dicitur sententio interlocutoria.*
11 *Verbum, dena, accipitur pro duplici decem, in pœnalibus.*

§ Ad excludendas. Iudex ꝓuidere dẽt libellũ pulsato si porrigi, nisi prius actor in libello p se, vel tabellarios subscripserit, & actis interuenientibus fideiussoriã cautionẽ pstiterit de lite ꝓsequẽda, & finiẽda p se, vel p eius sũmũ ꝓcu. & de soluẽdo decimã partẽ litis, si litẽ iniuste mouisse cõtigerit, & si fideiussoriã cautionẽ pstare nõ poterit, pstbit iuratoriã, pœna iudici, & eius officialibus, & executoribus, ac ẽt ipsi actori imminẽte, si circa memoratã obseruationẽ cõnẽtio facta fuerit, nisi aliter de partiũ volũtate ꝓcesserit. h. d. vsq; ad §.
1 oẽm vero. † Opp. & vr̃, ꝙ ista cautio sit superflua p illã, q̃ præstatur
s. de execut. in fi. prin. Sol. veritas est quod nõ est superflua, vt no. in
ꝯrio, & tangitur etiam hic in gl. super ver decimam. & p ei glo. in
auth. generaliter. C. de Epis. & cler. & ibi p Doct. in j. op. & p ei gl.
in auth. libel. C. de l. contest. Item op. & vr, ꝙ ista cautio sit superflua
per §. oẽm vero. ꝯ. pxi. Solu. licet actor per illũ §. cogatur in
actione

actione persistere, tñ per istũ §. tenetur reo ad interesse si nõ persi-
stat. circa qđ vide, ꝙ no. Doc. C. de Episc. & cler. auth. generalr, in
5. opp. Tertio opp. & videtur, ꝙ ista cautio non debeat interponi
causa li. prosequen. vt l. eos. in fi. C. de ap. Azo dicit, ꝙ illa lex corri-
gitur per istum §. Alij dicũt, ꝙ ibi loqtur in causa ap. vbi non præ-
statur, hic in causa principali. ita dicit glo. hic super ver. permane-
2 ret, & in d. auth. gñaliter. † Sed Doct. nostri dicunt, si quæratur, an in
cā ap ꝓstetur cautio de li. prosequẽda, dic, aut quæris vtrũ ꝓstetur
corã iudice a quo appella. & dic, ꝙ non, vt d. l. eos. in fi. aut quæris
vtrum pręstetur coram iudice ad quẽ appellatur, & dic quod om
nes cautiones ꝓstantur coram eo, quæ præstantur corã iudice cau
sæ principalis, vt in hoc §. ita tenent Do. auth. generaliter, in 6. op.
3 & in d. l. eos, in fi. † Quæro dicitur hic, ꝙ actor per se, vel tabularios
debet in libello subscribere, vtrum ex hac scriptura oriatur aliqua
actio reo. dic, vt in gl. hic super ver. & actis. in gl. super ver. præstite
4 rit. † Ex quibus glo. habes, ꝙ ex stipulatione officialium quæritur
actio parti absenti, de quo habes s. vt sine prohi. ma. de. & cre. §. si
5 vero multa, & ibi dixi. † & ex istis gl. potes distinguere, si quæritur
quæ actio oriatur cõtra actorem, quia aut interuenit simplex scri-
ptura sine aliqua promissione per stipu. & tunc oritur, vel officiũ
iudicis, vel cõdictio ex l. p hũc §. aut interuenit ẽt stip. & tũc quæ-
ritur reo vtilis actio ex stipulatione, & promissione præstita ipsis
executoribus per actorem, circa qđ vide, quod no. in d. auth. gña-
6 liter. † Quærit gl. super d. verbo, decimã, quę cautio ꝓstabitur prius
an ista, vel illa. & rñdet, ꝙ illa quæ est s. de exec. §. j. sed q̃ro, an præ-
stabitur ista statim post illã, hic ponit opi. tu vero dic, vt no. Spec.
7 in tit. de execu. §. j. † Quæro circa fi. huius §. qđ vult dicere iste tex.
ibi causas vero, quę ex cõsensu, &c. qdam dicũt, ꝙ vult dicere qđ
si causa agit cõsensu partium corã arbitro, ꝙ ista cautio nõ est pręs-
standa. gl. verõ istã opi. reprobat dicẽs, ꝙ hanc cautionẽ dẽt ꝓstare
corã arbitro, sicut corã iudice, & iste tex. vult dicere, qđ ista cautio
dẽt ꝓstari ab actore, nisi de partiũ cõsensu sit remissa, ita tenet glo.
hic sup ver. cõsẽsu, & in auth. gñalr. s. ali. Circa qđ vide, qđ no. ibi
Pe. in x. q. vbi vr̃ tenere, ꝙ corã arbitro talis cautio nõ sit ꝓstãda, &
idẽ tenet Spe. in ti. de satisd. §. i. ver. pe. & in tit. de arb. §. differt. ver,
itẽ corã eo. de quo gl. nr̃a ponit op. ff. de arb. l. j. sed opi. Pe & Spec.
8 tenẽt gl. & Inn. de arb. c. cũ dilecti. † Vlterius gl. inducit hũc tex qđ
a libellus possit p partes remitti, ade quo no. in auth. offeratũ. C. de li.
9 cõte. s. de exhi. re. §. sancimus, & ibi plene dixi. † Scdo facit iste tex.
ꝙ libellus dẽt offerri p actorẽ iudici, & per iudicẽ reo, ꝓut dixi in
10 d. §. sancimus. † Vlt. no. in hoc §. duas gl. vna est sup verbo, interlo-
cutionib. q̃ dicit, ꝙ pceptũ faciens ad cãm est interlocutoria sñia.
idẽ no. Inst. q. ai. licet §. nũc admonẽdi, & vide qđ no. in l. qualẽ, in
11 fi. alle. in d. gl. † Scdo no. tex. cũ gl. super verbo, denariũ, qđ ẽt vbi
tractatur de pœnæ impositione, verbũ, denarii, assumitur prox. &
b x. b & no. C. de munic. l. qui textrini, & ibi de hoc dicam.

ADDITIONES.

a Remitti. Adde d. Ale. de Imo. l. ius publicum, de pac. & Bal. & Pet. de Su. in l. fi. in fi. C. de temp. app. & Bal. in l. fi. ad Treb. Doct. in c. de causis, z. de offic. deleg.

b Et x. Adde d. Ale. de Imo. in l. stip. ista, §. in stipulationibus, de uerb. oblig. Io. de Por. in l. si quis testamento. de leg. j.

1 *Actor, qui actionem proposuit, vsque in finem perseuerare debet. Voluntarium quod est a principio, ex post fit necessarium.*
2 *Delegatus quando citat primo reum, debet in citatione, inserere copiam suæ delegationis, aliàs reus citatus non tenetur comparere.*
3 *Lis initium sumit a litis contestatione.*
4 *Iussio Principis emanans sine scriptis, valet. & nu. 14.*
5 *Delegatus a Principe potest delegationem suam probare per testes, & an hoc procedat. nu. 14.*
6 *Iudex supplet de facto pro absente, contra quem petitur ferri sententia, vt veritas relucescat.*
7 *Cõtumax in plurib. dilationib. si cõparet, in vltima reficit omnes expẽsas.*
8 *Absens citat trib. edictis, et quot dierũ debeat esse q̃libet dilatio, & n. 11.*
9 *Lite non contestata, vel contestata, quando perueniatur ad negocij liquidationem actore, vel reo absentibus, & nu. 11.*
10 *Correctio legum, quòd non inducatur ex identitate rationis.*
12 *Delegatus Principis, & non alij citat per edictum.*
13 *Actio quando mutari possit, remissiue.*
15 *Reo absente, & actore præsente, & non lite contestata iudex non potest deuenire ad diffinitiuam,*
16 *Quæ sententia feratur per iudicem, altera parte absente.*
17 *Iudex causa cognita poterit istas dilationes abbreuiare.*
18 *Rescriptum iudici intra annum præsentari debet, incipiendum a tempore quo potuit iudicis copia haberi.*
19 *Reus qui se bis absentat, an cadat ab actione.*
20 *Contumax in prima citatione licet compareat in secunda, tamen in expensis condemnatur.*

§. Omnem vero.

Actor qui actionẽ in iudicio proponit, aduersario suo requisito, in iudicio, eã exercere cõpellitur, & si li. cõtest. eã proseq distulerit iudex ordinarius, & delegatus tribus edictis actorẽ ad iudiciũ citare curabit legitime oĩbus iustitiã seruaturus, lite vero nõ contestata libello oblato, & reo requisito, actore sui præsentiã facere recusante actor tribus edictis legitime citandus est, & eo nõ veniẽte, & recusante vnius anni spatium indulgetur, & eo non comparente veritate subtilius requisita, iudex secũdum iustitiam proferat sñiam: actore vero ante sñiam comparente, & postea iterũ recedente, ab omni cadat actione l. annqua obtinente, nõdũ actio-
1 ne proposita & his obtinentibus tñ in futuris causis. h. d. † No. ꝙ
semel actionem proponens, vsq; ad finẽ debet persistere, vt quod
ab initio fuit voluntatis, ex post facto fiat necessarium, vt hoc §.
2 † Secundo no. ꝙ vbi iudex delegatus citat reum, debet ei mittere
copiam sui rescripti, nam hic est ordo. Primo offerũtur ꝓces Prin
cipi pro iudice obtinendo. Secundo impetrato iudice, offertur re-
scriptum iudici impetrato. deinde iudex delegatus citat reum, &
ei mittit copiã sui rescripti authẽtici. Ista ꝓbantur hic in ver. hanc
igitur. ibi, siue per ꝓces, &c. & in verbo, si vero apud iudicem, &c.
ibi, & ea aduersario, &c. s. eo. in prin. cõst. in ver. ideoq; sancimus.
& C. quõ, & qñ iudex. auth. qui semel, quæ sumitur ex isto §. & si
rescriptũ nõ edit per iudicẽ. vr̃ ꝙ reus citatus venire nõ teneatur,
vt hoc §. & d. auth. qui semel, & C. de sñiã. Prin. l. j. circa qđ vide ex
tra, de dila. c. ꝓterea, &c. cum in iure peritus. extra, de of. & pot. iu.
3 del. Tertio no. in ver. si vero apud iudicem initium, &c. † Primo li
4 tem sumere initium per li. cõtest. † Secundo no. ꝙ iussio principis
in scriptis, vel sine scriptis emanãs valet, vt hic: ibi siue in scriptis
5 siue per mãdata, & videtur hic tex. † quod iudex delegatus a Prin
6 cipe potest probare delegationem suam per testes. † & no. tex. ibi,
veritate subtilius, &c. qui tex. est in ver. si vero ꝓpositus. in fine, ꝙ
qñcũq; petitur ad sñiam diffinitiuã perueniri aliquo absente, põt
iudex supplere de facto inducẽdo testes, & probationes, pp quas
veritas elucescat. Itẽ no. in d. auth. qui semel. facit C. de iu. l. ꝓperã-
dum. §. sin aũt reus. & C. de app. l. ampliorẽ. § j. sm verũ intellm. li-
cet gl. dicat esse spãle in cã ap. Circa quod vide Spe. in ti. de disput.
7 & all. §. fi. ver. & br. † Vltimo no. ꝙ contumax in plurib. dilationib.
si compareat in vltima, reficit oẽs expẽsas factas in alijs dilationib.
8 in quib. fuit contumax, vt hic, in ver. si vero intra prædictũ † Opp.
dr̃ hic, in ver. si uero causam prosequi, &c. ꝙ absẽs debet citari tri-
a bus edictis, a & q̃libet dilatio debet esse 30. dierũ, contra immo de
bet esse x. dierum, vt ff. de iud. l. per interualla. gl. hic super ver. cau
tione, dicit. ꝙ illa lex corrigitur per hunc §. & ita no. in l. ꝯria. & li
cet hic loquatur in actore absente, tñ idẽ dicit gl. sm Io. esse in reo
absente, per rõnem positã in gl. ita ẽt no. Ioan. in d. auth. qui semel
& ibi per Doct. in 8. & vlt q. & per ipsos in l. ꝓperandũ. §. sin autem
reus. C. de iu. vel dic, ꝙ d. l. per interualla, loqtur in reo contuma-
ce, & cum expresse nõ corrigatur remanet incorrecta, vt l. præci-
9 pimus in fi. C. de ap. & istam opi. † per dictã rõnẽ tenet Iac. Bnt. &
quia dicit ipse non est eadẽ rõ in reo, q̃ est in actore: nã actore ab-
sente peruenitur ad diffinitiuã li. nõ cõtest. vel si est cõtestata, per-
uenitur ad negocij liquidationẽ, & iõ dantur maiores dilationes,
vt hic. sed reo absente nõ peruenitur ad diffinitiuã li. nõ cõte. licet
si esset cõtest. nõ perueniretur ad negocij liquidationẽ, vt ꝓbatur
in d. §. sin aũt reus. ibi, ex vna parte cũ oĩ subtilitate, &c. & in l. cõ-
10 sentaneũ. C. quõ, & qñ iu. ꝓsupposito ꝙ † ex eadẽ rõne, & idẽtitate
rõnis nõ inducit l. correctio, vt in auth. quas actiones. C. de sacro
11 san. eccl. & in l. si vero. §. de uiro. ff. sol. mat. Itẽ † op & uĩ, qđ acto-
re ẽt absente statuatur dilatio x. dierũ. ut l. properandũ. § j. gl. hic,
& in ꝯrio, & d. auth. qui semel, & ꝗ. eo. uer. si uero ꝓpositus, dñt,
ꝙ illa lex est hodie correcta. dicunt quidã, ꝙ hic loqtur qñ actore
absente, reus uult ꝓcedere ad liquidationẽ negocij, ut feratur sñia
diffinitiua, siue lis sit cõtestata, siue non, & isto casu datĩ dilatio 30.
dierũ, vt hic, & in d. auth. q semel, q̃ loquitur qñ actore abñte li. ꝯ-
te. nõ ꝓceditur ad liqdationẽ negocij; sed si est liqdũ, ꝓcedit ad dif
finitiuã, si nõ est liquidũ, absoluitur reus ab obseruatione iudicij,
& iõ tũc minores dilationes dãtur, & in hoc ille §. nõ corrigit per
istũ §. ista opi. vr̃ procedere tenẽdo opi. Io. q dicit, ꝙ actore absẽte
post li. cõte nõ pt reus ꝓcedere ad negocij liqdationẽ: sed ex pri-
mis actis dẽt iudex summarie ꝓcedere, ut no. Io. in d. l. ꝓperãdũ §.
& si qdẽ, in duab. gl. sed tenendo opi. Bnt. qui dicit, ꝙ reus absente
actore post li. cõtest. põt ꝓcedere ad negocij liqdationẽ, & ꝓbõnẽ
facere, quã opi. uĩ sentire gl. quæ est in l. ꝓperãdũ. §. cũ autẽ. & q̃ te
nẽt Doc. i §. si qdẽ. ꝓfata opi. nõ uĩ ꝓcedere, immo ille §. p istũ uĩ
12 corrigi, cũ hic loquat in actore absente post li. ꝯte. † Tertio op. ad
uer. alij aũt oĩb. hic dr̃, ꝙ delegatus põt p edicta citare. ꝯ. s. de ex-
hi. re. §. si uero ẽt qdam. gl. ponit duas sol. ueritas est, qđ ibi loqtur
de citatione reali. hic de uerbali. quã delegatus a Principe facere
b põt per edicti positionẽ, ab alijs delegatus nõ põt, b ut C. de iu. san
cimus, in fi. & uide circa hoc ꝯrium, qđ no. Doct. & gl. in d. auth. q
13 semel, in 3. opp. † Quarto op. ad uer. si uero apud iudicẽ initiũ, hic
dr̃, ꝙ actor debet in libello persistere, & sic uĩ, ꝙ actio mutari nõ
possit. ꝯ, C. de edẽ. l. edita gl. hic in ꝯrio, & in d. auth. qui semel, in
14 10. q. solut. † Quinto oppo. dixi, ꝙ iudex põt ꝓbare delegationẽ
suam sine scriptis, & sic iussio Principis sine scriptis ualet, ꝯ. C. de
man.

ADDITIONES.

a Edictis. Et qua forma fiet absentis citatio, vide d. Alex. post Bar. in l. j. §. præsides, ff. de requir. re. & Inn. in c. cum nobis olim, de elect.

b Non potest. Vide tu ad hoc D. Alex. de Imo. in l. plerique, de in ius voc. & in l. 2. de iurisdict. omn. iud.

man. Prin. l. j. Sol. dic, vt no. gl. 17. dist. c. nobilissimus. & vide quod
no. Spe. i ti. de iu. dele. §. superest. ver. sed q. l si delegationis, & ver.
sed nunquid, & in ti. de pb. §. videndū. ver. sed nunqd delegatū. &
15 vide, qd no. Inn. extra de priui c. i. † Quæro, hic dr, absēte actore li.
nō cōt. venit ad diffinitiuā sniam. qro qd actore psēte: & reo absē-
te, an li. cōt. an pōt veniri ad diffinitiuā? gl. dicit, q nō, sup ver. cau
tione. idē no. in d. auth. q semel. in duab. gl & ibi p Doct. in 4. q. &
16 i l. pperādū. §. & si qdc. in 2. q. C de iu. † Quæro i ver. si vero pposi
tis, &c. dr in fi. litimā pferre sniam, qro q snia psemit? dicūt Doct,
q si lis est pte. feret diffinitiua iudicij. Ista sol. est p hsic tex. vt patet
in ver. si vero apud iudicē initium. & dic, q snia fert veritate sub-
tilius reqsita. & sic fertur diffinitiua, &c. de quo vide, qd no. p gl. i
d. auth. q semel, & per Doct. ibidem, in 5. q. Quæro, qd vult tex. ibi,
iubemus. n. post pdictas. dic, vt in glo. sup ver. pdictas q vide, & q
no. gl. & Doct. in d. l. properādum. §. si qdem. in 5. q. & in d. auth.
17 q semel. in 11. q. † Quæro, an iudex possit abbreuiare istas dilatio-
nes? gl. super d. ver. cauti circa fi. ponit opi & qd nō possit, ap pbat
gl. in d. auth. q semel. per hsic tex. qui dicit. nō minus. &c. Circa q
vide no. ibi per Doct. & Iac. de Are. in l. j. C. de dila. & per eundem
in l 2. ff. de re iud. & vide, quod no. Cy. in c. indultum. de re. iu. li. 6.
sed veritas est, qd istud tps possit iudex cā cognita diminuere. nō
ob. iste tex. quia eodem modo loquitur tex. in d. l. per interualla.
& tñ iudex pōt cā cognita diminuere, vt patet in l. nonunq. eod.
18 ti. in fi. † Quæro, dr hic in ver. hāc igit prauitatē, &c. per pces Prin
cipi oblatas, & iudici insinuatas. Quæro, intra q tps debeat iudici
rescriptū suæ delegationis psentari: dic, quod intra annū a tempo-
re, quo potuit iudicis copia haberi, vt extra, de rescri. c plerūque.
19 † Quæro, dicitur hic in ver. si vero intra pdictum, &c. q si actor se
absētat bis, cadit ab actione, qd e, si reus se absentat bis, an cadat
20 a defensione? dic, vt no. gl. & Doct. i d. §. & si qdem. † Quæro, vtrū
cōtumax in prima citatione si compareat in secūda cōdemnetur
in expēsis factis i prima. dices tu, hic est casus, qd sic in ver. si vero
intra, & i d. auth. q semel. sed certe hic loquitur, qn fuit citatus tri
bus edictis, & in oib. fuit cōtumax, & cōparuit in termino perem
ptorio, videlicet intra annū, quo casu dēt in oib. expēsis cōdēnari,
vt hic, & in d. auth. q semel, & C. de iud. l sancimus. sed qō nra loq
tur, qn qs fuit cōtumax in prima citatione, & postea cōparet in se
a cūda, an dēat cōdēnari in expensis factis in prima. dic, q sic, & ita
tenēt Doc. C. de iud. l. sancimus, in 8. q. Ia. de Are. tenet ptiū, & est
gl. ord. q cōcor. cū dicto Doct. extra. de pba. c. qm ɔ falsam, i 5. gl.
de pen. c. 2. 74. dist. Honoratus, & 24. q. j. de illicita. si hēris hic alia

ADDITIO.

a In prima. Vide d. Ale. de Imo. in l. j. §. is vi. ff. si qs ius dicē. nō obtēp. vbi ēt p Bar. ver. qro, an ad hoc, & Bal. in d. l. sanc mus, all. in tex. 5. q. & in add. ad Specu. in ti. de expen. ver. etiam prima, vbi etiam vide Spe. in §. si ante. & Spec. in tit. de cōtu. §. fi. ver. sed pone. & Bar. in l. contumacia. §. contumax est. ff. de re iud.

Vt neque miles, neque fœderatus. &c. Rub.

1 *Militia non est dignitas.*
2 *Lex debet insinuari, et insinuata valet post triginta dies, ab eius insinuatione numerandos.*

CVm domini. Nemo milites, seu fœderatos in ppria domo, vel possessio
ne retinere dēt, vel occultare, vt ppriis vtilitatibus obe
diant, sed intra 30. dies ab huiōi l. insinuatione eos ex-
pellere dēt, ɔfacientibus pœna, & iudici negligēti imminēte. h. d.
1 vsq; ad fi. † No. tex. ibi, ipsi vero dignitatibus, & militiis, q militia
a nō est dignitas, a ad idem j. tit. j. ver. nam præsenti. dixi s. de testi. §.
2 sancimus. † Secundo no. q lex valet post 30. dies ab eius insinua-
tione numerandos, de quo dic, vt dixi sup. vt factæ no. const. in fin.

ADDITIO.

a Non est dignitas. Adde Fel. in c. clerici, de iud. ante fi. Adde, quod no. in apost. ad Bar. in l. j. nu. j. in add. post Alex. C. de dig. lib. 12. & in ver. sit dignitas. & in addi. in l. ex eo. ff. de testa. milit.

Vt diuinæ iussiones, &c. Rub.

1 *Hæc constitutio an habeat locum in rescriptis causarum.*
2 *Consuetudo an seruet, q in scriptis causarū subscriptio qstoris requiratur.*
3 *Quæstor quis appelletur.*

NOstræ. Diuina iussio debet gloriosissimi quæstio-
ris subscriptionē hēre, qua cōtineatur in-
ter quos. & ad quē iudicē, & per quam personā fuerit di
recta, pena ɔfacientibus imminente. h. d. In tex, solicitudo. cōcor.
1 quod habetur extra, de offic. deleg. c. si q offi. li. 6. † Quæro, de qua
iussione loquitur. dicit glo. super ver. iussionem, de priuilegio. in
quo aliquid iubetur, vel in fauorem conceditur: secus forte est in
commissionibus causarum, quia non requirunt qstoris subscri-
ptionem: sed certe immo vr hēre locū ēt in priuato rescripto, qd
causarum commissionem cōtinet. Primo per rubricam, quæ di-
cit diuinas iussiones requirere subscriptionem. Secundo vr pbari
in tex. ibi, cōtineatur inter quos, & ad iudicē, &c. vbi vr ista con-
stitutio hēre locum in rescripto continente commissionē causa-
2 rum. † An autem de cōsuetudine seruetur, quod in rescripto quæ
storis, &c. vide Spec. de rescr. pleut. §. j. igitur. ver. item, q nō cit ibi
3 subscriptio. † Quæro, quis appelletur quæstor. dic, vt in glo. hic su-
a per ver. quæstoris. & C. de offi. quæstio. l. j. vel dic quæstor a erat, q
hodie dicitur cancellarius, vt no. gl. C de diuer. rescr. l. fi.

ADDITIO.

a Quæstor. Adde quod quæstor multipliciter dicitur, vt per glo. & Card. in clem. 2. de pœni. & remis.

Vt in medio litis non fiant sacræ iussiones. Rub.

1 *Lite pendente non licet Principi supplicare, nisi in quatuor casibus, de quibus in tex.*
2 *Iussio Principis sine scriptis valet.*
3 *Secunda sententia Principis nullo modo retractatur.*
4 *Sententia Principis etiam in scriptis feratur.*
5 *Lex noua trahitur ad præterita, & pendentia, si hoc dicatur.*
6 *Acta debent in scriptis redigi.*
7 *Acta debent probari per scripturam, si copia notarij haberi potuit, alias eorum probatio potest fieri per testes.*

OMnia Iudices sacras iussiones i medio litis impe-
tratas nō debent seruare, sed sm ll. genera-
les examinare, & iudicare pœna ɔfacientib. imminē-
te, his in causis futuris, ac etiā in pendentib. obtinētib.
Fallit in quatuor casib. in qbus licet lite pendēte a Principe sacras
1 iussiones impetrare, quæ debent in scriptis fieri. h. d. † No. q lite
pendente nō licet Principi supplicare, nisi in quatuor casib. vt hic,
in §. i. & in §. eam autem. j. eo. & c. j. ut li. pend. li. 6. & quod ibi no.
2 † Secundo no. in ver. & propterea. quod iussio Principis sine scri-
ptis emanās valet. vt hic, & j. eo. §. eam autē. ibi, & sine scriptura,
& c. hic. n. tō nō valet, quia conceditur li. pend. patet ergo, q alias
3 valet. dixi s. de liti. §. si vero initium. † Tertio no. in ver. si q. n. circa
fi. duo. Primo, quod secūda sentētia Principis nullo modo potest
4 retractari. † Secundo no. q sententia Principis debet in scriptis fer
ri, sicut snia alterius iudicis, circa quod vide gl. hic, q est sup verbo
declarationem, & Spec. in ti. de nulli. sententiæ. §. 4. ver non valet.
5 † Quarto no. q lex noua trahitur ad præterita. & pendētia, & hoc
a ideo, quia expresse in l. cauetur, alias secus, vt C. de leg. l. leges, a &
constitutiones, & l. pe. in fi. & in l. fi. C. de sacr. eccle. & in c. pe. in fi.
& quod ibi no. de offi. deleg, lib. 6. alias de sua natura ad futura tra
6 heretur, vt extra, de consti. c. 2. in fi † Item no. q acta debēt in scri-
ptis redigi, vt hic, & in c. qm ɔ falsam. extra, de proba. dixi s. de iud.
7 §. audient. vbi gl. tangit. † Vltimo no. secundum Iac. de Bel. q acta
iudiciorum debēt probari per scripturam. extra de prob. c. qm ɔ
falsam. facit l. ne in arbitris. § sin autem. C. de arb circa q dicit ipse
aut ab initio tabellionis copia potuit haberi, & debet fieri pbatio
per scripturam, alias potest fieri per testes, vt in l. quoties. §. fi. ff. de
testibus. l. curent, & quod no. per gl. in l. quoniam. C. de hær. insti.
& in l. prætor. §. Marcellus. ff de iud. & per Iac. de Are. in l. emāci-
patione. C. de fide instrumē. per gl. & Inn. in c. quoniam cōtra fal-
sam. & quod sententia possit probari per testes, vide in c. sicut. ex-
tra, de re iud.

ADDITIO.

a L. leges. Et ibidem adhoc vide Dy. & Bal. in d. l. sancimus, all. in tex. & quæ per Fel. in c. fi. de quest. & quod ibi dixi in apost.

Vt cum de appellatione cognoscitur. Rub.

1 *Lex noua licet dictum sit, quod trahatur ad præterita, tamen non trahitur ad pendentia, si in causa principali renunciatum sit omnibus allegationibus, & relationibus Principi factis.*
2 *Ratio quare lex noua non trahatur ad pendentia per appellationem, licet dictum sit, quod trahatur ad præterita.*
3 *Lex noua quando trahatur ad præterita, & pendentia.*
4 *Lex noua, etiam si dictum sit, quod trahatur ad pendentia, an trahatur ad pendentia, per appellationem.*
5 *Lex specialis facta super vna causa ita instante actore, vel reo, q nō valeat.*

PEruenit. Iudices appellationum secūdū leges,
que tempore diffinitiuæ obtinebāt, iu-
dicare debent. nō sm eas quæ appellatione pendente
promulgatæ sunt; & idē, si lis pēdeat super retractatio-
ne sniæ per viam supplicationis. Idem ēt in cā principali, si renun
ciatum est oibus allegationibus, & iudex Princip. relationem fa-
cit, quia iudex sm ll. p relationis vigētes. non sm ll. post relatio-
nem promulgatas iudicare dēt, his obtinentib. ēt si expresse sit di
ctum, quod l. noua ēt ad negocia pterita referatur. h. d. vsque ad §.
2 sed hoc. † No. hic tex. quod ēt si expresse sit dictū, quod lex noua
ad præterita trahatur. nō tñ trahit ad pēdētia, si in cā principali re-
nunciatum sit omnibus allegatio. & relationibus factis Principi.
2 † Sed qro, q est rō, quod lex noua nō trahitur ad pendentia per ap
pellatio. ēt si expsse sit dictū, quod ad præterita trahatur? dicit Iac.
de Bel. quod ratio est, quia iudex app. debet sniare sniam iustā, vel
iniustam, seu cēt bene iudicatū, vel male, vt l. eos. in prin. C. de ap
pel. ergo de necessitate concluditur, quod dēt iudicare sm l. quæ
erat tempore latæ sententiæ, alias si iudicaret sm l. nouam, non esset
set primi iudicis sententiam emendare, uel confirmare, sed esset
promul-

3 promulgare nouā sñiam.† Op.ēt hic, quod lex noua trahitur ad
futura negocia tm̄,non ad prẹterita,etiam si expresse sit dictū in l.
noua.ꝙ trahatur ad prętetita.ꝙ dicit gl.super ver.referentem, de
l.pe.C.de vsur.& l.leges,& ꝯstõnes.C.de leg. l.nō est nouū. ff. de
legi.Sol.gl.dicit esse speciale hic,vel dīc ſm eā.dic.aut quæris vtrū
trahatur ad causas ꝑteritas,& pēdētes,& dic ꝙ ñ,vt hic: aut vtrū
trahatur ad preterita negocia,in quib. iudicium nō est inchoatū,
& dico,quod sic.vt in ꝑriis,& sic indistincte tenet, etiam ꝙ si ex-
presse sit dictum,quod trahatur ad præterita, non tñ trahit ad ne-
gocia pēdētia.ita dic t gl.sed circa hoc dic,vt no.gl.in ca. licet ca-
non.super ver.de cætero.de elect li.6 & vide, quod no per Arch.
in c.pe.in fi.de offi leg.eo.lib.& quod no.Doct. in d. l. leges. & ꝙ
ibi tangitur in gl.quod no. Spec.in tit. de appel. vide etiam circa
istam materiam tres quæstiones,quas disputauit dñs Iac. de Bel.
4 & posuit super hoc princ.† Sed q̄ro hic, qđ si cā pendet per appel
& promulgatur lex noua,& in ea expresse dr̄, qđ trahatur ad pē-
dētia,nunquid trahatur ad pēdētia ꝑ appell.tex.vr̄ cum gl.ꝙ non.
de sacrosan.ecc.l.sancimus,nemini licere,&c.in fi.sup ver.pēdēti-
bus.pro hoc facit bene s̄.ti.j.§. sup hoc. Erit ergo necesse, quod
ad hoc,vt lex noua trahat̄ ad pēdētia ꝑ appel.necesse est id expres
se dicere,ita ponit tex.in capit. pen. in fin. de offic.leg. in 6. præ-
dicta quæ dixi,an lex,& qñ lex noua trahatur ad pēdētia,intellige
5 de l.communi,† & generali.si.n.esset lex specialis,quam lite pen-
dēte actor,vel reus a Principe impetrat,vt ſm illam negocium,ꝙ
pēdet examinaretur,& decideretur,tūc sine dubio l. illa noua, &
specialis non valet aliquid , immo ſm ius commune illud nego-
cium debet decidi,vt sup.ti.j.per totum.

1 *Dilationes probatoriæ inc usa,quot dentur.*
2 *Renunciatio facta omnibus allegationibus iuris,non nocet productioni te-*
stium,sed bene instrumentorum.
3 *Renunciare probationibus sibi competentibus,quod pars possit.*
4 *Mensis legalis dicitur triginta dierum*

§.Sed hoc. Si vna pars oībus suis allegationibus renun-
ciauerit,altera vero pars renunciare recuset,
tribus dilationib.ad malitiam superādam ei datis, iudex amplius
eum expectare non debet,immo debet ferre sententiam legibus
1 consonantem.h.d † Opp.& vr̄,qđ nō detur,nisi vna dilatio,vel ad
plus duæ,vt l.fi.ff.de ferijs. Sol vt hic,quæ est sup verbo,præbeat,
in authēt.iubemus,quæ hinc sumitur,& ibi per Doct C. de iud.
eodem modo opponitur de §.omnē vero.s̄ de liti. dic. ꝙ posset
opponi ad l.vlt.ff.de fer.non aūt ad istam:qa hic.& ibi dantur tres
dilationes.& istud contrarium solue,vt habes in glo. supra dicta.
2 Quæro.ad quid nocet ista renunciatio? dic quod nocet allegatio
nibus iuris.& productioni instrumentorum , non autem produ-
ctioni testium,ita dicit glo.hic,quæ est super verbo, renunciare.
3 † Sed quæro nunquid probationib. sibi competētib. partes pos-
a sint renunciare. .& vr̄,ꝙ sic,quia hic vides,ꝙ vna pars suis allega-
tionibus renunciauit:ergo patet,ꝙ renūciauit suis probationibus.
quia allegationes possunt consistere in iure,& etiam i facto,vt pu
ta in probationibus,vt dicit gl.hic super ver.allegationes, contra-
rium tenet gl.præcedēs super ver.renunciare.dicit enim,ꝙ hęc re
nunciatio nocet tantum allegationibus iuris,& quantum ad pro-
ductionem instrumētorum,sed testium productioni non. gl. ve-
ro quæ est in auth.iubemus.C.de iud.quæ sumitur ex isto §.tenet
ꝙ ista renunciatio solum nocet allegationibus iuris.non aūt quā-
tum ad testium,vel instrumentorum productionem.& ꝑ hoc,ꝙ
probationibus quis renunciare non possit,habuistis glo. s̄. vt fine
ꝓh. ina.debi.§.quia vero.sed ꝯtrium tenet Iac.de Are.videlicet,ꝙ
teneat renunciatio,quæ fit testium productioni. dixi de hoc s̄. de
testi.§.qa vero sæpe,vbi gl. tenet idem quod hic. Non ob.gl.in d.
§.quia vero.quia ibi loquitur in renunciatione , quam quis facit
extra iudiciū,quæ non valet,vt ibi:sed hic loqtur in renūciatione,
quæ fit in iudicio. Et circa istum §.vide,quod no. Spec in tit.de re
4 nun.& conclusio.vsque ad §.hoc autem scias.† Vlt.no.tex.ibi,cō
pellat intra 30.dies.& ibi,alius vnius mēsis, postea sequir, si vsq;
ad prædictos tres mēses,&c.ꝙ mēsis legalis dr̄ esse triginta dierū:
sed Iac.de Bel.alleg.C.de adul.l 3.§.si. in ꝯtrium alle. C. de temp.
app.l.cum antenoribus §.1.ff.de reg.iur.l.vbi lex.tu uero,quod in
telligatur triginta dierum,habes alle.tex.cum gl.C.de iure delib.
l fi.§.sin autem dubius.in l.mdes.§.sexaginta.ff.de adult.d.l a.dicit.
Aut tractamus de odio,aut de fauore,sicut distinguitur in summa in
l.3.§.minorem.ff de min.tu vero dic,vbicunq; lex, vel statutum
b facit mentionem de mēse,quot dierum intelligatur mēsis.b dic,
ut extra,de elect.in cap.quam sit,lib.6.& tangitur in c.licet.de sup
plen.negligen.pręla.

ADDITIONES.

a Renunciare.Vide tu ad hoc plene Fel. in cap.si diligenti.de foro competen. post princ.versic.primum co ollar. cum infinitis concordātiis per eum alleg.limita pro ut ibi per eum.

b Mensis,Vide tu d.Alex.de Imo.in l.cum bissextus,de verb.sig.vb.etiam per Bar & ibi no.& Sal.in l.2.C.de tep.app.& Flor.in l.ita vulneratus.ad l.Aql. & Ang in l.iubemus.C.de iud.& Bal.in c.j.quo temp.mi.& Spec.in ti.de instru. edi. §. 2 ver.si post indictionem.ubi etiam quot idus,& quot kalendas,& quot nonas habeat.Adde istum sup.in Auth. vt fac.nouæ cõsi.ver.quot autem dierum dicatur esse mensis,& ibi posui.in apost.ad ipsum,in eo.uer.

1 *Hodie quicquid relinquitur filio,illud habere debet titulo institutionis.*
2 *Querela inofficiosi testamenti,an hodie habeat locum,remissiue.*
3 *Dispositio huius §.quod hodie habeat locum in præteritione paterna.*
4 *Prætrire dicit,qui de filio mentionē non facit instituendo.vel exhęredādo.*
5 *Ascendentes an hodie habeant legitimam iure institutionis.*
6 *Filius licet habeat legitimam per fideicommissum vniuersale, potest tamen*
dicere testamentum nullum.

§.Aliud quoque. Parenti non licet liberos ꝑterire,
vel exhæredare,etiā si lītimam eis
reliquerit portionem , nisi instõnis iure eis reliquerit, vel nisi in-
grati probentur,expssa ingratitudine in testō apparēte, quę causę
ingratitudinis hic, per ordinem numerātur.h.d.ex isto §.sumitur
1 auth.non licet.C.de lib præter. vel exhęredatis.† Oppo.quod non
sit necesse filio iure instōnis relinquere,sed sufficit quoquo relictū
tit.vt s̄.de triente,& semisse.§.j.& l. Papinia. §. si quis mortis. ff. de
inoffic.testa. Sol.vt in gl.super ver.præterire , & idem tenet in d.§.
si quis mortis,& idem tenet Azo in summa illius tit.s̄.de trien. &
semis.per Doctores in auth.nouissima.C.de inoffi. testa.licet glo.
non firmet.Idem tenet Ber.in c. Raynutius,in 2.glo.extra, de test,
& est ratio duplex,quare debet habere filius iure institut. vt dixi I
2 d.§.j.de trien.& semi.† Quæro,vtrum hodie habeat locū quere-
la inoffi.test. Mar.dicit,ꝙ non,nisi inter fratres turpibus personis i-
a stitutis,a Io.vero,& Azo dicunt contra, quod dic, vt no.in gl.hic,
quæ est super ver.noīatim,vt Insti.de inoffic.testa §.fi. & tangitur
per gl.in l.fratres.C.de inoffic.test.& hanc opi.tenent gl.& Doc.in
3 auth.ex causa.C.de lib.præter.† Quæro, vtrum iste §. habeat locū
in præteritione facta a patre,de filio.gl.j. huius §. quæ est super di-
cto uer.præterire,in prin.dicit. ꝙ nō. sed quod hic dicitur de præ-
teritione,debet referri ad lineam fœmininam. contra tenet gl. ꝙ
iste § locum habeat in linea paterna,vt no.in l.filio.ff.de inin. test.
C.de eod.l.j.ff.de manu.test.l.vxorē.in vlt glo.ad idem,quod no.
j.eo.§.talem igitur,& ibi no.dictam l.filio corrigit,& dictum §,
& sic patet,quod habet locum in paterna,ad idem,quod no.C.de
bon poss.contra tab.l.1.ff.de vsu.l.si extraneo.s̄.de hær. & Fal.§.ex-
hæredatos,Insti.de inof.test.in prin.ad idē oēs gl.q̄ dicūt istā auth.
habere locū in præteritione posthumi , vt no. in l. si pater. in prin.
de fideicōmis.lib.Circa hoc,an ista auth.habeat locum in præte-
ritione paterna facta de filio in potestate,vel emancipato, & an ha
beat locum in posthumo præterito,dic vt per Doct in d.auth.ex
4 causa.† Quæro,quid est pręterire.gl.quę est C.de lib. pręte.vel ex-
hęr.l.3. dicit, quod pręterire est nullam mentionē in testō de fi-
lio facere,vt Insti.de hęre.ab intest §.eadem.sic ex illa glo. habes,
quod si pater filio aliquid reliquit , vel quocunq; modo mentio-
nem faciat,non videtur filios pręterisse , quia de eo est facta men-
b tio,& sic potius videtur exhęredatus,q̄ præteritus , b & istam opi-
nionē tenet Cy.& Pet.in d.l.3. sed hoc nō est verum , quia posito,
ꝙ de filio fiat mentio,dicitur præteritus,l.2.ff.de lega. 3.C. de fidei
cōmi l.pe.& ideo Franc. Accur. dicit, quod pręterire est nullam
de filio facere mentionem instituendo,vel exhęredando, hoc pro
bat l.maximum vitium.C.de lib.pręter.vel exhęred ibi, ea quam
taciturnitate in institutione,&c. Et videtur ibi tex. ꝙ pręteritus di-
citur ille,de quo non fit mentio instituendo , vel exhęredando cū
in testamento.ad idem Insti.de hęre.quę ab intestato. d. §.eadem,
ibi dum dicit pręteritus,i.neq; institutus.vel exhęredatus.pro hoc
facit iste tex.vbi vides,ꝙ licet filius habeat aliquid iure legati , ta-
5 men dicitur pręteritus.† Quæro,hic dicitur,ꝙ descendentes dēnt
habere legitimam iure insti.quid de ascendētibus? dicam de hoc
6 j.eo.§.& hæc quidem † Vltimo no.tex.hic in eo, quod dicit,vel
fideic.ex quo habes,quod nō sufficit , ꝙ filius habeat legitimam
per fideicom.vniuersale,ad hoc, vt non possit dicere testamentū
nullum,de quo dixi supra,de hęr.& Falc.§.inordinatum.

ADDITIONES.

a Institutis.Adde Pau.de Cast.in consi.59.incip.mulier maritum.

b Præteritus.Adde,quod a præterito cum causa dicitur exhęredatio, sed sine causa dicitur proprie præteritio.tex.est in l.in arenam.C.de inoffi.test. & Doct. in l.filio præterito.ff.de iniust.testa.& fit hoc modo,filium non instituo, cum fecit tale quid,Bar.in l.j.in prin.ff.si quis a paren.fue.manu. & adde d. Alex. de Imo.in auth ex causa.C.de lib.præter.

1 *Protestatio in casu huius §.fienda est in scriptis,& quando possit fieri sine*
scriptis,remissiue.

§.Si quis. Fdij furiosi si curam eius neglexerint,a patre sa
nę mētis effecto,exhęredari possunt: extraneus
vero,qui denunciatione in scriptis facta filiis , qđ curam de patre
habeant furioso.& eis negligentibus curam, & diligētiam furio-
so exhibuit ad successionem eius admittitur , testamento quo ad
successionem euacuato,quo ad alia cuncta capitula in sua firmita
2 te manente.h.d.usque ad §. si vno. † No. quod protestatio debet
fieri in scriptis,& est speciale in hac protestatione:alias regulariter
potest fieri etiam sine scriptis,ut dixi s̄.de tem.non so. pec. §. con-
a testationem a Quærit gl.super ver.neglexerint. quid si pater inte-
status decessit,nec liberi,nec alius extraneus eum procurant : dic
vt in glo.& secundam opinio.tenet Iac.de Bel.

ADDITIO.

a §.constitutionem.Vt ibidem uide quæ dixi in apost.

Expensæ

1 *Expensa pijssima dicitur illa que fit pro redemptione captiuorum.*
2 *Non dominus vendit rem captiui, pro redimendo ipsum.*
3 *Fideiussor potest de bonis principalis satisfacere creditoribus.*

§. Si vnum. Si filius patrem captiuum redimere negligat, a patre postea liberato, iuste exheredari pōt, si vero in captiuitate decedat, liberi, & propinqui, aut extranei redemptionem eius negligentes ex testamento, & ab intestato eius successione priuantur, & captiui bona ecclesiæ, vnde ort⁹ est, applicantur, conuertenda in redemptionem captiuorum, testamēto in alii capitulis in sua firmitate remanente, quæ pena in minoribus 18. an. cessat, quib. etiam minorib. permissum est res immobiles ipsi⁹, vel ēt ei⁹, qui in captiuitate consistit, pro ipsius redēptione alienare, & obligare, necessitate captiuo postq̄ rediens
1 imposita tales cōtractus ratos, & firmos habere. h. d. † No. tex. primo, dum dicit ex hac causa pijssima, φ expēsa, quæ fit, p redēptione captiuorum, dicitur fieri ex causa pijssima. Secundo no. quinq; notabilia, quæ per ordinem dic, vt in glo. super ver. debitis. est &
2 aliud notabile in gl. quæ incipit, non minorem, quam vide. † Tertio no. in ver. in hmōi, & c. ibi, siue illius, qui in captiuitate detinetur, vbi dr̄, φ nō dn̄s vendit rem captiui pro redimēdo ipsum, &
3 facit iste tex. † φ fideiussor possit satisfacere creditori de bonis principalis, facit etiam. C. vbi de cri. agi opor. auth. qua in prouin. §. vt omnes obe. iud. prouin. §. hæc considerantes. ver. & si quidem.

1 *In bonis hereticorum deficientibus filijs, & propinquis catholicis, quandoque succedit ecclesia, quandoque fiscus.*
2 *Ecclesia quando excludatur annali exceptione,*
3 *Filij catholici succedunt patribus hereticis, & non filii heretici,*

§. Si quis de. Filij hæretici a patre catholico exhæredari possunt. item parentes hæretici nō possunt alios suos instituere, nisi catholicos. & si pater habet aliquos filios catholicos, aliquos hereticos, soli catholici succedunt, nisi hæretici ad fidem conuertantur, si omnes filij, & propinqui sunt hæretici si quidem pater mortuus est clericus, ecclesia succedit intra annum. post annum nō, vel si est laicus succedit fiscus his ob-
1 tinentib. in testamento, vel ab intestato. h. d. † No. ex hoc §. quod in bonis hæreticorum deficientibus filijs, & propinquis catholi-
2 cis, quādoq; succedit ecclesia, quādoq; fiscus. † Secundo no. quod ecclesia quādoq; excluditur annali exceptione, & est rō, quia hic tractatur de iure acquirendo, alias secus, vt gl. hic super verbo, in-
3 tra annale. † Quærit glo. hic super ver. decernimus, quid si sint filij hæretici, & catholici, quid si illi hęretici habeant filios catholicos nunquid succedant dicti filij catholici? & dicit, quod sic, & hoc tenet Iac. de Bel. in l. j. §. filium. ff. de contratab.

1 *Causæ exhæredationis nominatim in testamento inferi debent, & ab herede probari,*
2 *Vna ex causis exhæredationis, quod inferatur sufficit,*
3 *Si plura narrantur in libello, & sufficiat vnum, non omnia sunt probanda, sed id quod solum sufficit.*
4 *Institutio hæredis irritatur, quando in exhęredatione causa exhæredationis inseritur, sed non probatur per hæredem.*
5 *Testamento rupto ex causa exhæredationis, legata, & fideicommissa valent, & conseruantur per istum tex. & auth. ex causa & nu. 8.*
6 *Substitutio pupillaris, φ cōseruetur per istum tex. & per auth. ex causa,*
7 *Datio tutoris in testamēto nullo ex causa exhæredationis, conseruatur p dispositionem huius constitutionis, & auth. ex causa.*
9 *Testamento irritato ex causa præteritionis, vel exhæredationis legata, & fide. commissa petuntur actione ex testamento.*
10 *Ascendentes in bonis descendentium, quod debeant habere legitimam tit. institutionis.*
11 *Dispositio huius §. & auth. ex causa, quod non habeat locum vbi nemo est hæres institutus.*
12 *Institutus in re certa dato ab alio herede vniuersali instituto licet habeatur loco legatarij, tñ vt testm̄ impugnari nō possit, habetur loco hæredis.*

§. Siue igitur. Testamenta parentum, vel liberorum, liberis, vel parentib. exhæredatis, vel p̄teritis legitima causa inserta, & probata valent: causa nō inserta, vel inserta, & non probata, nullum liberis, vel parentib. exhr̄datis, vel preteritis præiudiciū generat testō vacuato, & ab intestato ab eis successione delata in alijs capitulis testō firmitatem obtinēte. Item causæ ex quibus ascendentes a descēdentib exhæredari pos-
1 sunt, hic specialiter numerantur. h. d. † No. j. in hoc. §. quod causæ
a exhrdationis, vel pteritionis debēt nominatim in testō inseri,ᵃ &
2 ab hrd̄e pbari. † No. 2. φ licēt pater, vel filius plures causas exhęredationis. vel pteritionis ponat sufficit vnam ex illis ab hærede pro-
3 bare, vt hic, & j. eo. §. si tales igitur. † Et sic isti tex. faciūt ad q qd̄ si in libello simul plura narrantur, vel mandantur quorum alterum per sufficit, non este necesse omnia probari, sed alterū tm̄. circa quod vide, quod no. gl. extra, de rescr. c. 2. de pba. c. licet causam. sup ver. astrinxit. † Tertio no. tex. j. ne liberi fallis accusationi-
4 bus, &c. nā illa rō probat, φ iste §. habeat locū ēt, vbi cā in exhæredationis, vel præteritionis inseritur, & non probatur p hęredem, vt
5 institō irritetur. † No. ēt tex. ibi, per aliquam circumspectionē, &c. nam illa ratio probat, φ iste §. et habeat locum vbi causa non inseritur, vt institutio non valeat, & sic ex illis rationib. concluditur quod iste §. & auth. ex cā. C. de liber. præter. quę ex isto §. sumitur habeat locum, vt legata, & fideicommissa valeāt, siue per testatorem sit cā inserta, & non probata, siue cā nullo modo sit inserta. hoc ēt probat precedens ver. ibi, si autem hæc obseruata nō fuerunt, vt iste versic. inferat ad oīa præcedentia, videlicet ad §. aliud quoque capitulum. §. eo. c, si cā non inseritur. vel inserta per hæredē non probatur, & f'm hoc l. Pap. §. si ex cā. ff. de inoffi. test. ꝯdicit dum dicit, quod rupto testō per querelam omnia in testamento contenta mutantur, & ideo corrigitur per istū §. & d. auth. ex cā. & ita no. ibi per gl. & l. nam & si. §. j. eo. tit. & in l. iure nostro. §. j. ff. de test. tu. & ff. de leg. 2. l. si filius. in prin. ad idem facit, quod tangitur in d. auth. ex cā, & hāc opi. tenēt Doc. ibi in 6. op. licet ibi mul-
6 tæ opi. ponantur. † Quarto no. tex. ibi, dum dicit, vel quælibet alia cā, & c. qa iste tex. facit, quod substitutio pupillaris cōseruetur per istum §. & d. auth. ex cā. ad idem j. eod. §. si tales igitur, ibi seu alijs capitulis, & c. & istam opi. tenet gl. ff. de vul. & pup. l. j. §. vlt. Dy. vero tenet oppositum dicens, φ iste §. d. auth. ex cā, habet locum in his, quæ sine institōne hæredis pñt valere, vt legata, vel fideicommissa, quæ pñt ab intestato relinqui, secus in pup. subst. quę nō pōt valere sine hr̄dis institōne, vt d. l. j. §. si & l. seq. §. quotus. ff. de vulg. &
7 pup. † Alij dicunt, φ conseruantur per istum § auth. ex causa. dicētes, quod sicut tutela per authent. ex causa conseruatur, vt no. per glo. in l. iure nostro. §. si. ff. de test. tu. & l. j & l. si pater. cod. tit. ita cōseruatur pupillaris substitutio, & tamen tutela in codicillis dari potest, si codicilli sint in testamento confirmati, vt ff. de test. tu. l. 1. C. de test. tu. l. 2. Cy. in d. authen. ex causa. in vlt. q. hoc reliquit sub dubio. Quid dicemus? certe idem dicit glo. prædicta, & Doct. per illam glo. videlicet, φ tutela conseruetur per authen. ex causa. tex. iste expresse. h. d. ibi, aut dationes tutorum, &c. & j. eo. §. tales igit. ibi, & tutorum dationibus, &c. cū ergo hic. §. habeat locum in tutela, quæ conseruatur, idem sit in pupillari substit. cum in vtraq; sit fauor filij. Preterea hic dicitur, vel quęlibet alia capitula. &c. & in auth. ex causa, dicitur, cætera namque firma manent, &c. nam appellatione cęterorum, cō[ntin]etur substitutio pupillaris, vt l. nam quod. §. si quis cōpulsus. ff. ad Treb. & l. qui plures. §. vlt. ff de vulg.
8 & pup. & istam opi. tenent Ia. & Old. † Quinto facit iste tex. dū dicit, vel quęlibet alia capitula, &c. & j. eo. §. si tales. ibi, seu alijs capitulis, &c. φ per istum §. & d. auth. ex cā, cōseruantur fideic. vniuersalia. Pro hoc etiā facit, φ iste tex. indistincte dicit legata, vel fidei. & istam opi. tenent Dy, Iac. de Are. & Old. ff. ad Treb. l. ita tamē. §. quoties. ybi de hoc, licet Mar. Sil. in rep. d. auth. ex causa. teneat quod per auth. ex cā, non cōfirmantur fideic. vniuersalia: sed pro opi. Dy. Iac. de Are. & Old. est glo. ord. referendo gl. ad tex. in l. cā
9 quam, C. de fideicom. † Sexto no. tex. ibi, & tanquam non scriptum. Nam hic videtur expressum, quod legata, & fideicom, & c q̄ in testamento continentur, irritato testamento ex causa præteritionis, vel exhæredationis, petuntur actione ex testamento, cum quantum ad illa testamentū pro non rescisso habeatur, vt ex hoc tex. quam qōnem mouet glo. in d. auth. ex causa, in glo. in princ. Alij dicūt, φ petuntur cond. ex l. vt refert gl. in d. auth. ex causa. & ibi per Doct. in q. 3. sed præcedens opin. videtur verior per hunc tex. pro hoc facit tex. opti. in l. si. ff. de hære. instit. & sic patet, φ irritata inst. legata ex testamēto debentur, & actione ex testamēto petuntur. pro hoc etiam facit, quia verbo, φ irritato testamento per contratabulas, legata, & fideicom. reseruantur liberis, & coniunctis personis, per edic. de leg. præstan. ita est tex. in l. j. in princ. ff. de le. præstan. pro hoc etiam est glo. hic super ver. testamentum, vbi glo. dicit, no. scripturam pro parte valere, & pro parte non, & sic patet, φ illud testamentum quantum ad alia in eo cōtenta, valet.
10 † Septimo no. tex. in ver. & hæc quidem. ibi dum dicitur, & econtrario de liberorum testamentis, &c. quia hic videtur expressum quod debent habere legitimam iure instit. a suis ascēdentibus, & ascendentes debent etiam habere legitimam a descēdentibus suis, iure inst. ad idem j. eo. §. hæc autem. in prin. coniuncto ver. cæterum, & eo. §. ibi, vnde constat ad vtriusq; partis vtilitatem, &c. & sic videtur idem seruari debere in testamentis filiorum, respectu ascendentium, & ita disputando d. Iac. de Bel. tenuit j. eo. § aliud.
11 † Quero pone φ pater fecit testm̄, & filium præterit, & neminē hæredem instituit, an habebit locum §. iste, & auth. ex causa, vt cętera firma maneāt. gl. no. habes, φ non, in l. j. § si. ff. de vulg. & pup. in prima sol, quam dat ad contrariū, quod facit ibi de dicta auth. ex causa. & sic ex ipsa glo. habes quod iste §. & auth. ex causa, non
12 habent locum, vbi nemo est hæres institutus. † Vero ad ver. hæc autem disponimus. no. tex. in ver. cæterum, quod licet instit. in re certa habeatur loco legatarij alijs existentibus vniuersaliter institutis, vt l. quoties. C. de hęr. instit. tamen quo ad excludendū querelam inofficiosi testamenti, & vt testamentum impugnari non possit, hr̄ loco hęredis, vt hic, & no. p gl. in l. l. qs pluries, ad Treb.

ADDITIO.

a Inferi, Adde Bal. in l. 2. C. de lib. præter. & in l. j. 4. q. eo. tit. & Bar. etiam in l. j. §. si liber. ff. de lib. & posth. vbi est glo. ord.

1 *Præscriptio, quod non currat non valenti agere*

Hæc autem. Nemini licitū est hæredibus propinquis & affinibus, &ᵃ coniunctis defunctis, & eius

eius fideiussoribus, vllam inquietudinem, vel molestiam occasione debiti defuncti, vel generaliter quacunque de causa ad prędictas personas spectante ante spatium nouem dierum inferre, quicquid autem factum est infra prædictum spatium est inualidum. nullum tamen ex hac creditori circa temporalem præscriptionem præiudiciũ generando. hoc dicit, ex isto §. sumitur authe. sed nec
13 ante. quæ ponitur super l. fi. C. de sepulchro violato. † No. ꝙ non
a valenti agere, præscriptio non currit, a &c. & econtra.

ADDITIO.

a Non currit. Facit, quod no. habetur per Ang. in consi. 301. inc. in causa Gregorij, quem vide, & adde tex. in l. 1. §. in omnibus. ff. de iu. & Bal. in l. quoties, C. de precib. Imper. offeren.

1 *Impersonalitas vitiat obligationem, & quando non. nu. 3.*
2 *Duo rei debendi, vel credendi, quod constituantur per dictionem, aut.*

§. Ad hoc.

Qui constituit, vel spopondit pro alio, si quidem personaliter est locutus dicendo, satisfaciam: obligatur in quantitate, quam dixit. si dixit, satisfiet a me, & ab illo non consentiente pro rata ipse obligatur. Si vero alternatiue satisfiet a me, aut ab illo non consentiente ipso, insolidum tenetur. Si vero constituens locutus fuerit impersonaliter: nullus tenetur, salua manente actione contra illos, contra quos de iure cõpetit, his obtinentibus in quibuscunque casibus nondum finitis.
1 h. d. ex isto §. sumitur, auth. si quãdo. C. de consti. pec. † No. ex isto §. duo. Primo. ꝙ impersonalitas vitiat obligationem. Secũdo no. ꝙ dictio, & inferat partem, vt hic, & l. si mihi, & Titio. ff. de verb. obliga. & Instit. de inut. stip. § sed & si quis. sed dictio, aut, attribuit
2 rem cuilibet insolidum, vt hic. & d. authẽ. si q. fi. & † sic no. per istũ §. & d. authẽ. ꝙ per istam disiunctiuam, aut constituantur duo rei debendi insolidum: facit ad idem. quod habes in l. si ex toto. §. j. ff. de leg. j. & in l. ... de lega. 3. & per d. auth. constituuntur etiã duo rei credendi, vt l. Titio, aut Seio. de leg. 3. Sed contra primum op. & videtur, ꝙ impersonalitas non vitiet, vt l. stipulatio ista §. sicut autem. & § si quis ita ff. de verb. oblig. & l. si ita stipulatus. §. Chry-
3 sogonus. eo. tit. Sol. † quandoq; impersonalitas est ex parte promittentis, quandoq; est ex parte stipulantis. primo casu, aut impersonalitas est in verbo obligatiuo, aut in verbo obligationis executiuo, primo casu obligationem vitiat, secundo casu impersonalitas obligationem non vitiat, vt l. si §. fi. ff. si cer. pet. & l. illa stipulatio, §. cum ... ff. de verb. oblig. secundo principali, quado est impersonalitas ex parte stipulantis non vitiat, vt in cõtrario. quæ autem sit ratio diuersitatis, dic, vt no. Pe. in d. auth. si quando.

Vt liceat matri, & auiæ. *Rub.*

1 *Parentes, & etiã extranei concedunt administrationẽ bonorũ cui volũt,*
2 *Fœmina an possit esse executrix testamenti.*
3 *Executor testamẽtarius, an cogatur officium executoris suscipere, remiss.*
4 *Curator datur etiam respectu certæ rei.*
5 *Vsusfructus bonorum relictorum filio, quibus casibus quæratur patri.*
6 *Filiusfamilias in aduentitijs testari nõ potest, nec etiam in alijs in quibus patri non quæritur vsusfructus*
7 *Filius familias bona, in quibus patri non quæritur vsusfructus, potest donare causa mortis, sine patris consensu.*

Diuersis.

Parentes, & ẽt extranei liberis sub parẽ. potestate positis, res proprias donare, & relinquere possunt adiecta conditione parẽtib. eorũ vsusfructus vel aliud ad dictas res participiũ acquiratur, & dictarũ rerũ administratio liberis maioribus, licet in ptãte costitutis permittitur: si vero sint minores, illi administratio dictarũ rerũ cõceditur, cui testator, vel donãs permisit, si vero testator nihil disposuit, vel ille de quo testator disposuit decesserit, vel acceptare noluerit, dabitur per iudicẽ curator bonis, sub competenti fideiussione. h. d.
1 Ex isto §. sumitur auth. excipit. C. de bonis, q lib. † No ex hoc primo, ꝙ parentes, & etiam extranei possunt cui volunt administra-
2 tionem bonorum concedere, vt hic. concor. sunt in gl. † Secundo no. in ver. licẽt nam. ꝙ administratio bonorum potest cõcedi matri, & auiæ ipsius filijfamilias. & sic videtur hic tex. ꝙ fœmina possit esse executrix testamenti, circa quod vide l. a filio. in princ. ff. de ali. & cib. leg. & quod no. Doc. C. de Episc. & cler. in l. id, quod pau-
a peribus, a in pe. q. & in Spe. de instr. edi. §. nunc vero aliqua. ver. qđ in muliere. Tertio no. ꝙ ille cui talium bonorum administratio conceditur, non cogitur eam acceptare, vt hic in ver. ita tamen si
3 & ipse. & in ver. si vero fortan. † Et sic est hic arg. ꝙ commissarius seu executor vltimę voluntatis nõ cogatur suscipere commissariam, seu executoriam, de quo vide Doct. in l. a filio, in prin. & ibi p Dy. ff. de ali. & cib. leg. & p Doc. in d. l. id, quod pauperib. ver. mõ videamus. C. de Epis. & cler. & Spe. de instr. edi. §. nunc vero. ver.
4 hoc etiã. in 12. col. † Vlt. no. ꝙ curator datur certæ rei, vt hic, & in d. auth. excipitur. Op. & videtur, ꝙ patri quęratur vsusfructus omnium donatorum, vel relictorum filio, si filius fa. vt C. de bo. quę lib. l.
5 cum oportet. † Sol. regulariter quæritur vsusfr. fallit hic in casib. in gl. super ver. parentibus. no. cum gl. adde ꝙ no. in auth. idem est. C. de bo. quæ lib. Et circa 6. casum hic no. in gl. vide l. 1. 2. 3. in pri. C. de bo. quę lib. Item circa 7. vide, quod no. Doct. in l. fi. C. de vsufru. in 6. opp. & quod tangunt Doct. in d. authen. idem est, vbi gl. etiam. Quarto hic dic. tur ꝙ filiusfa. potest disponere, quo vult de bonis donatis, ne vsusfructus quæratur patri, sed an potent testari? hic gl. dicit. ꝙ non, nam etiam in proprietate filius nõ testatur,
6 dic vt in gl. super ver. disponere. † Ex qua gl. no. duo. Primo, ꝙ filiusfam. non potest testari, quantum ad proprietatem de bonis aduentitijs, in quibus quæritur vsusfructus patri, & de hoc est casus in l. pe. C. qui testa. fac. poss. & in l. si. §. fil. fa. C. de bo. quæ li. all. glos. & no. in l. fi. C. de inoffic. testa. & ꝙ faciunt gl. quas ibi allegabo. Secundo no. ꝙ filiusfa. non potest testari in bonis, in quib. patri non quæritur vsusfructus, ita no. d. gl. hic, idem no. ff. de test. l. qui testa. facere. poss. in Spec. de instr. edi. §. compendiose. ver. sed nun-
7 quid filius. † Sed quæro, nunquid filius possit donare causa mortis, sine patris consensu, bona, in quibus patri non quæritur vsusfructus. tex. ibi, quomodo voluerit disponere, & c. cum sua glo. vi-
b detur velle, quod sic, b glo. excipit solum testamentum, ergo alio modo potest disponere, quomodo vult. ad idem d. l. qui in potestate. ff. de test. in gl. quæ incipit, non ideo magis. ibi disponit non testando. pro hoc etiam, quia donatio causa mortis accedit magis contractui, quam vltimæ voluntati, vt no. glo. in l. 2. in prin. ff. de dona. plene & in l. tam is §. i. ff. de dona. causa mortis, & Doc in l. senium. C. qui testa. face. poss. & illud videtur verius.

ADDITIONES.

a Id, quod pauperibus. Et ibi vide omnino Bal. & adde Io. de Pra. in l. fœminis, de procur. & Lan. in tract. de arb. 2. parte, in princ.
b Quod sic. Sed ab extra quæro, quid si filiusfa. legat, an si legatum non potest habere ex testamento, neque ex codicillis, an debeatur saltem in vim donationis causa mortis, accedente in testamento, vel legato consensu patris. Vide d. Soc. in consi. 122. incip. multum abunde. versic. succedit 3. difficultas, cum versic. seq. vsque ad versi. 4. difficultas. in 1. par. & ibi in prædictis consil. vide ad id, quod dicit hic tex.

1 *Nominatio facta per patrem de filio, quod prosit ad filij legitimationem.*
2 *Nominatio filiationis facit præsumi matrimonium interfuisse.*
Præsumptio quod matrimoniũ interuenit, est præsũptio iuris, & de iure.
3 *Beneficium vni datum, datur alij.*
4 *Legitimatio ex nominatione facta in filium, an habeat locum etiam, si filij legitimi supersint.*
5 *Legitimatus per nominationẽ, quod succedat agnatis, & cognatis patris.*

§. Ad hoc.

Liberi de libera muliere nati, cũ qua nuptiæ esse poterant, si a patre nominati fuerint filij, non adiecto hoc verbo. naturales, legitimi efficiuntur, & matrimonium inter illa verba proferentem, & mulierem, ex qua nati sunt intercessisse monstratur, & si pater erga vnum ex filijs talia verba dixerit, prodest omnibus, qui ex eadẽ matre sunt orti. h. d.
1 Et ex isto. § sumitur auth. itẽ si quis. C. de na. lib. No. primo. † ꝙ patris professio per modum hic insertum, prodest ad filij legitima-
2 tionem. † Secundo no. ꝙ talis professio facit præsumi matrimonium intercessisse, & est pręsumptio iuris, & de iure, vt hic in verbo, ex hoc. quod est valde no. secundum Iac. de Bel. quod sit præsumptio iuris & de iure, apparet ex gl. super ver. monstratur, quæ
3 exponit, i. fingitur. & sic apparet, ꝙ est fictio. † Tertio no. ꝙ beneficium vni datum. & alij datur. concor. sunt in gl. super ver. mulie-
4 re. † Sed quæro, verum, ꝙ hic dr̃ de tali legitimatione, locũ hẽat etiam legitimis filijs ex legitimo matrimonio natis superstitibus? gl. duorum verborum, in d. auth. item si quis, dicit, ꝙ non sed ita demum locum habet, si dict. legitimi filij non supersint. Sed Iac. de Bel dicit, ꝙ habet locum siue supersint legitimi, siue nõ, quod probatur sic. Illud operatur matrimonium præsumptum, quod operatur matrimonium verum, ut s̃. qui. mo. na. effic. legi. §. il. ud quoque. ff. de ritu nupt. l. in liberta. sed filij naturales legitimãtur p matrimoniũ verũ etiã filijs existentib. ut s̃. de inces. nup. §. dubitatum. & Instit. de nup. §. fi. ergo & p matrimoniũ præsumptũ, de quo dr̃ hic, tamen tene mentẽ præall. gl. cuius opi. tenet glo. s̃. qb. mo. na. effic. sui. §. gñ. ... in glo. q incipit, supple. in fi. & no. in c. per
5 tuas. extra, qui fil. sint leg. † Vlt. no. tex. ibi, sed omni frui eos, & c. ꝙ legitimatus per istum modum fruitur omni iure, quod leges cõcedunt filijs legitimis, & naturalib. & sic vr̃ hic tex. ꝙ filius legitimatus per hunc modum succedit agnatis, & cognatis patris, sicut legitimus, & naturalis. ita uidetur ueile tex. ille, quem tene menti.

§. Hoc quoque.

Liberi nati ex nuptijs legitime contractis, licet non solennibus, ad paternam hæreditatem pariter uocantur cum filijs natis ex nuptijs solenniter contractis, siue præcesserint eos, siue sequantur. h. d.

1 *Matrimonium quibus casibus valet sine scripturis.*

§. Quia vero.

Decorati maximis dignitatibus usq; ad illustrem dignitatẽ inclusiue, nuptias aliter contrahere non possint, nisi dotalia instrumenta scribantur. nuptiæ tamen prius contractæ manent exceptis barbaris, cuiuscunque dignitatis existant, reliquis autem omnibus nuptias
1 solo consensu cõtrahere permittitur. hoc dicit. † No. ꝙ matrimonium valet sine scripturis, fallit in casibus quos dicit gl. super uer. iubemus. sed aduerte ad id, quod dicit gl. & ubicunq; lex de hoc facit mentionem, & causa circa hoc uide, quod no in l. Imperialis. & in auth. maximis. C. de nup.

Vxor

Vxor in bonis viri, quando matrimonium contractum fuit sine dote, quòd habeat quartam in bonis viri, siue supersint parentes, siue filij.
Vxor indotata, quod succedat in bonis viri in quartam, etiam solis transuersalibus existentibus.

§. Quia vero. Mřimonio sine dote ꝯtcto, si mulier a viro sine rationabili causa reijciatur, vł viro diuitie monētc. ipsi inops superuiuat, ad quartam partē substantiæ viri admittitur, si vir tres filios, vel pauciores ex ipsa, vł alia habeat muliere. Si vero plures habeat, tūc ad tantam partem admittitur, q̃tū est id, q̄ vni filiorū cōpetit. Si vero cō vir a tali vxore sine rōnabili cā reijciatur, de substantia mulieris nihil lucrabitur. h.d. † Quærit gl. super ver. in talib. quid si nullus filiorum superest, sed tm̄ ascendentes: dicit hic gl. q̄ in alijs rebus præfertur vxor, vt l. vna. C. vnde vir, & vxor. sed certe illa probat totū ꝯtriū, quia vxori præferuntur viri parentes: quare dic, q̄ vxor habebit quartā bonorum viri: residuum habebunt parentes, & sic erit idem q̄si supsunt parētes, qđ esset, q̄n supersunt filij, & ita tenent Doc. in authē. præterea. C. vnde vir, & vxor. † Sed quærit gl. quid si nullus ascendentiū superest, sed tm̄ transuersales gl. hic, & in d. auth præterea, ponit opi. quid dicemus? Iac. de Bel. ponit opi. Pla. q̄ vxores habebunt tm̄ quartam, sed residuum tm̄ habeāt transuersales, nec possit habere vxor aliud. Nam dicit, quod ista quarta, & residuū trāsferuntur ex diuerso iure, & ideo ioeis ius accrescendi locum non habet, vt ff. qui. mo. vsusfruc. amit. l. si sub conditione. & Doc. in d. auth. præterea. in a. q.

§. Illo. Nulla dignitas hodie prohibet nuptias cum muliere humili, & vili, ꝯhere dotalib. interuenientib. instrīs, reliquis vero dignitatib. carentib. solo effectu nuptias sine dotalib. instrumentis permittitur contrahere, antiquo iure sublato. h.d.

Vxore diuertente culpa sua filij apud virum aluntur expensis matris, si est diues.
Mater quod teneatur alere filium vsque ad triennium.

§. Illud quoq. Diuortio celebrato liberi ad parentum hrēditatē nihilominus vocantur, & alendi sunt apud pn̄tē, qui diuortij cām non p̄stitit expensis alterius parentis ꝯmittentis cām diuortij, nisi alius inops sit, tunc apud diuitem alendi sunt, ho e pariter obtinentib. in parētib. & liberis. h.d. † Quæro, dr̄ in ver. si vero cām, q̄ q̄si mater dedit cām diuortio, filij alentur apud patrem, q̄ro cuius expensis. dicit gl. super ver. alētur, q̄ Ir. addit, matris locupletis expensis, & ita posuit Ir. in tex. authen. si pater. posita super l. vna. C. diuortio facto apud quem, &c. & per istam opin. tenet ibi gl. & in l. alimenta. C. de neg. gest. † Sed hic quæro de vna q. leges dicunt, q̄ mr̄ dēt alere filium intra triēnium. Quæro qualiter istud debet intelligi. Respōdeo, ita demū, si ipsa habebit de lacte, & si ipsam lactare deceat. a & ita not. Azo in sum. C. de patria potestate.

ADDITIO.

Deceat. Adde Ang. in l. si competenti. C. de ale. lib. Bar. Bal. & Doc. in l. alimenta. C. de neg. gest. & Inn. in c. ex literis. de conue. in fi. vbi dicit, ide .. si ex certis causis iudici uideatur, quia non teneatur lactare infra triennium, vnde est arbitrarium, & adde Bal. in l. omnem, ad Ter. & Fel. c. illud. de præsum. in fi. ver. no. quarto, circa fi. uer. & quod ibi dixi in apost.

Maritus accusans vxorem de adulterio, debet se subscribere.
Matrimonium hodie solum per ingressum religionis soluitur.

§. Quia vero. Marito, atq; vxori diuortium celebrari pmittit̄ ex causis a hic enumeratis. h.d. † Op. hic dicitur, q̄ q̄si vir accusat vxorem de adulterio, debet se subscribere. Contra, de adul. l. quamuis. glo. ponit duas sol. approbat secundam. q̄ dic, vt in gl. & sic hodie, siue maritus accuset iure mariti, siue iure extranei, dēt se subscribere ad pœnam talionis, ita dicit glo. hic super ver. subscribere, & in d. l. quamuis, & hoc tenent Doc. ibi in secunda opi. & in auth. sed nouo iure. & in l. iure mariti. e. ti. & hāc ēt tenēt Doc. in l. q crimē, C. qui accu. non. & vide quod no. in d. l. consensu. §. vir quoque. & §. virum. C. de repu. † Vlt. circa istum § dic, q̄ solum I vno casu matrimonium potest separari, videlicet per ingressum religionis, vt in c. ex publico. ext. de conue. coniu. & vide quod no. sup. de nup. §. distrahuntur. & de mo. §. si autem vxorem.

ADDITIO.

Ex causis. Ex quib. causis fiat diuortium. Vide in Spe. in tit. de diuor. vbi etiā q̃o formentur libelli, & adde Aul. Gel. lib. 6. c. vlt. & li. 4. c. 3. quod Spurius Caruilius Rog. fuit primus, qui Romæ fecit diuortium, anno quingētesimo vndecimo post vrbem conditam, ex causa sterilitatis.

Ista verba, nisi forte castitatis concupiscentia, qualiter accipiantur.
Pater ingrediens monasterium, tenetur dare filijs partem bonorum.

§. Quia vero aliqui. Nuptiæ regulariter consensu nō soluunt̄, nisi castitatis concupiscentia, dote, & donatione propter nup. liberis seruata: altero autem, vel utroq, alias nuptias postea contrahente, vel aliter luxuriose uiuente delinquētis substātia ad filios debet peruenire, filijs minoribus per iudicem gubernatore dato, filijs non extantibus ad fiscū eorū substantia debet peruenire. h.d. Quæro † qualiter accipiantur ista verba, nisi forte castitatis, &c. glo. ponit hic super ver. castitatis. tu vero dic, de hoc, vt ext. de iureiuran. c. tua nos. 30. q. 5. quod Deo. 38. distin. quia quædam. & c. sequen. & 32. dist.

2 c. senatim. ext. de conuer. coniu. c. 2. in fi. † Vlt. gl. super ver. pœnæ, inducit hūc tex. in ar. q̄ si pater ingrediatur monaste. tenetur dare suam partem bonorum filijs, tum demum post mortē, vel post delictum commissum dentur bona filijs, de hac q. no. per gl. s. de mona. §. aliud quoq. & inf. de sanct. epi. auth. si qua mulier.

1 *Dispositio huius tex. an habeat locum in quacunque militia.*
2 *Litigantes possunt dare iudici interrogationes, & interrogatoria.*
3 *Sententia lata in causa matrimoniali contra matrimonium, quod non transeat in rem iudicatam.*
4 *Testes, quando testificantur, non tenentur reddere causam dicti sui.*

§ Quod autem. Mulier virum quantocunq; tpe I expeditione fuerit expectare dēt, licet literas, vel nuncium sospitatis eius non receperit. Si vero maritum mortuū esse audiuerit, non licet ei nubere, nisi dux belli p iuramentum hoc dixerit, & post iurm, adhuc eum expectare co-
1 gitur per annum. pœna ꝯfacientib. imminente. h.d. † Quærit glo. virum, quod hic hr̄, habeat locum in quacūq; militia, ita vt in ea existens debeat tanto tpe expectari, dic, ut in gl. super ver. sustinere. in fin. & ad id quod dicit de iure canonico, dic, ut habes ext. de spon. c. in præsentia. de secun. nupt. c. dominus noster. 34. q. 1. c. cū
2 per bellicam. † Vlterius iste tex. inducitur in ar. per Iac. de Bel. in eo, q̄ hæc mulier interrogat a Duce belli, qui est testis de morte viri sui, qđ licet litigatorib. interrogationes, & interrogatoria iudici dare, facit s̄. de testi. §. si vero dicat. ff. de adul. l. si postulauerit. §. q̄ni. ita dicit d. Ia. videri de interrogatonis, q̄ danēa pte iudici vi-
3 dean c. p̄sentium. de test. lib 6. † Vlterius est arg. iste tex. q̄ snīa lata in causa matrimoniali ꝯ matrimonium. non transeat in rē iudicatam, sicut hic uides in instō, de quo dic, ut no. ext. de reg. iu. e. la-
4 tor. 35. q. 8. in summa. ut lite non contest. c. 1. † Vltimo glo. hic super ver. spatium, inducit hunc tex. in eo, quod hic dē, q̄ Dux belli simpliciter iurat de morte viri, quod testis non debet dicere causam sui dicti, de quo dic, ut dixi sup. de test. §. & licet. ubi glo. tangit.

§. Prædictis. Matrimonia etiam ex trib. alijs casib. superioribus additis, distrahi possunt, & excep. hac const. numeratis, & ex nullis alijs matrimonia dissoluunt̄. h. d. Opp. dicitur hic, q̄ impedimentum dirimit matrimonium cōtractum, 32. q. 2 c. matrimonium. Sol. ut no. extra, de fri. & malefi. in c. laudabilem. dixi sup. de nup. §. & per occasionem.

§. Quia vero. Mulier, & vir peccantes pœna legitima puniuntur, & iudices, & officiales negligētes. h. d. usque ad §. si quis autem. iste §. hodie corrigitur per §. inf. vt fra. si §. pe.

1 *Admonitio debet vindictam præcedere.*
2 *Damnari ex præsumptione, quod quis possit, & quando. nu. 5.*
3 *Lex facit illum iudicem, & vltorem, in quem vindictam collocat.*
4 *Delinquens in ecclesia, ad ecclesiam non confugit, nec ab ea defenditur.*
6 *Marito quando liceat quemlibet adulterum occidere, etiam de iure canonico. & nu. 7.*
8 *Transigi de adulterio, quando possit. & nu. 10.*
9 *Clausula in fine posita non refertur ad omnia præcedentia, quando resultaret intellectus contrarius iuri.*
11 *Instrumentum factum in beneficium alicuius, qualiter equus mortuus fuit, uel uulneratus, non valet, nisi habeat tres testes.*

§. His quoq. Adulterium præsumptum iuris præsumptione probatum, punitur sicut verū vindicta sua manu quandoq. permissa, his obtinentib. in casib. futuris, & pendentib. nondum finitis. h. d. Ex isto §. sumitur auth. si qs
1 ei C. eo. de adul. † No. in hoc §. q̄ admonitio debet præcedere vin-
2 dictam, de quo dic, ut ext. de ui. & hon. clericorū. c. fin. † Secundo
3 no. quem ex præsumptione damnari. † Tertio no. q̄ uindicta proprijs manib. hominū permittitur, quia lex facit eum iudicem, &
4 vltorem. † Quarto no. tex. ibi, non. n. debet, &c. q̄ ille, qui delinqt in ecclesia, non debet ad ecclesiam confugere, nec debet ab ipsa defendi, tex. est hic, ad idem j̄. eo. versi. quis enim, &c. pro hoc est casus, ext. de immu. ecc. c. fi. dixi de hoc s̄. de man. prin. §. neq; au-
5 tem. † Op. & videtur, q̄ ex præsumptione quis damnari nō possit, vt l. absentem in prin. ff. de pę. gl. hic super ver. punire. ponit vnam
a sol. tu vero dic, a quod hic est præsumptio legis, ibi præsumptio hominis, ut no. in l. contraria. C. de adul. l. quāuis. & l. si quis adulterij. eo. tit. & de hoc no. 2. q. 1. c. semper. & 32. q. 1. c. dicit dn̄s, dic,
6 vt ibi. † Secundo opp. & ve, q̄ non liceat marito quemlibet occidere, vt C. de adult. l. Gracchus. & l. marito. ff. eo. tit. dic, vt in glos. hic super ver. perimere, sed Iac. de Bel. dicit hic esse speciale, odio spernentis tantam solennitatem pp nimiam cōtumaciam ipsius adulteri, & quia hæc lex loquitur generaliter, & indistincte, & qa facit virum vltorem, & iudicem huius delicti, & quia ēt loca distingunt, argu. C. de rap. l. 1. & q̄n lic. sine iudic. se vin. l. 1. & 2. circa quod vide, quod no. in d. l. marito. & per Doc. in d. auth. si quis ei.
C. de

ADDITIO.

a Tu vero dic. Vide Bar. in l. q̄ Neruа. ff. depositi. & do. Alex. de Imol. in l. si de q̄o. & Bal. in l. si. ff. de hær. insti. & adde Spec. in tit. de prob. §. 3. ver. 3. per præsumptionem. & Ang. in trac. malefi. uer. quod fama.

7 C.de adul.†Quid autem iuris sit de iure canonico, a vide vt no.in
a tex.& gl.33.q.2.c.inter hęc.†Item op.ad §.quę igitur.ibi,dũ dicit,
8 amicabili compositione,hic innuitur,ꝙ de adulterio possit tran-
sigi,contra,C.de transa.l.transigere.gl.1.quæ est super ver.amica-
9 bili.dat hic quatuor sol.quas per ordinem dic,vt in glo.†Ex 1.sol.
b not.ꝙ clausula in fine posita, non refertur ad omnia præcedẽtia, b
quando resultaret intellectus iuri ꝯtrarius, vt de adop.l.in adopt.l.
si idem.in fi.ff.de iurisd.omn.iud.de qua materia vide in c.2.reg-
ris,ext.de app.& c.inquisitioni,eo.tit.& quod no. Spe.in tit.de in-
stru.edi.§.nunc autem ver.item excipe. & vide tex.in l.3.§.filijs.
10 ff.de lib.& posthu.ꝯiuncta l.1.C.de lib.præte.vel exhære. †Iac.de
Bel.omissis sol.gl.soluit aliter,dicens, ꝙ aut loquimur de adulte-
rio præsumpto,& licitum est transigere,vt hic:aut de vero,& tũc
11 non est licitum,vt in l.ꝯtria,quod tene mẽti. † Vlt.iste tex. in versi.
si autem.inducitur in arg.per Iac.de Bel quod;instrũm,ꝙ plerũq;
quis facit sibi fieri, qualiter equus suus est percussus, vel mortu',
12 valet si fiat coram tri.testib. † Item est ar.quod crimen possit ꝓ-
bari per instrũm,facit dicit ipse,l.fi. C.de prob.l.2. quorum ap.non
reci.c.fi.de iureiu.li.6.de haeq.no.per gl.in l.ꝯ neq intem. C. ad l.
Aqui.& in l.2.præal.quorum app.non reci. & ff.ad Tur.l.senatus.
cir.prin.& no.per gl.ext.de ver.sig.c.constitutionem.li.6.& istam
q.disputauit Iac.de Are.quem refert Cy.in l.pe.C.de prob.

ADDITIONES.

a De iure canonico.Ad quod vide aliquid per Fel.in c.1.circa prin.de rescr.
b Præcedentia.An,& quando,& in quib.referatur ad præcedentia,& quando nõ, vide latissime Fel.in c.causam.ver.clausula refert.de rescr.vbi plene, & no. quod ibi dixi, & Flor.in l.si seruus.§.inquit.ad l.Aquil. & Card.in cle.1.§.qui autem, de sta.mo.Adde istum in l.emptori.§.Lucius.& quod ibi posui in addit.ad ipsũ, in ver.clausula generalis,sup.de pac.

COLLATIO IX.

De hæreditatibus, quæ ab intest.&c. Rub.

1 *Vsusfructus, qui acquiritur patri in bonis filij, non extinguitur per mortẽ filij,sed durat patre viuente,& ibi quando extinguatur.*
2 *Filiusfa.quòd hodie habeat hæredem ab intestato in aduentitijs,nõ in profectitijs.nu.8.*
3 *Differentia emancipationis,& patriæ potestatis hodie sublata est, quantũ ad successionem intestati,non autem ex testamento.*
4 *Differentia agnationis,& cognationis,quòd hodie sit sublata in successione intestati,non ex testamento.*
5 *Titulus de coniun.cum eman liberis,quòd corrigatur.& nu.10.*
6 *Dispositio hęc in quo peculio loquatur,ut descendentes suo ascendenti præferantur.*
7 *In profectitijs hodie nihil est immutatum,per iura noua.*
9 *Filiaf quando habeat hæredem ab intestato,in dote profectitia.*

PLurimas. Oĩs generis ab intestato successio in trib.gradib.diuiditur, videlicet ascẽdentium,descẽdentium, & ex latere venientium. Idẽ in successione patris prima causa est descendentium, & primi quidem gradus æqualiter:cæteri vero in stirpem vocantũ
vsufr.parenti seruato,sublata dña sexus,patriæ potestatis, & agna-
1 tionis,& cognationis.h.d.vsque ad §.consequens.† No.tex.in ver.
nam in vsufru.quod vsusfructus,qui acquiritur patri in reb.acqui
sitis per filium,non extinguitur morte filij:immo durat post mor
tem filij, in vita ipsius patris,tex.est no.hic, & hoc tenet glo.in l.j.
C.de bo.quę lib.l.quod sanè.in fi.licet Pla.teneat contra,vt no gl.
C.de vsuf.l.3.sed eius opi.reprobatur,& etiam in alijs locis sup. al
leg.hoc fallit in casu, videlicet quando pater,qui habet vsumfru.
bonorum filij succedit ipsi filio vna cum fratribus filij,quia tunc
vsusfructus extinguitur,& habet pater virilem portionem bono-
rum filij,vt in §.si vero cum ascendẽti.inf.e. ex quo sumitur auth.
Item hereditas.C.de bo.quæ lib.de quo per gl. & Doc.in d.l.C.de
2 vsufr.† Secundo no.quod filiusfam.hodie hæredem habet ab in-
testato,vt hic,& ĩ.proxi.& videtur velle gl. super ver.parentibus,
quod hoc est nouiter introductum, probatur per istam authent.
& idem no.ff.de cast.pec.l.2. & habuistis no.sup. de nup.§.veniẽt.
3 sed certe imo de iure.C.filiusf.habebat hẽdem, vt ibi dixi. † Ter-
tio no.esse sublatam dñam emancipationis,& pa.po. quod intelli
git glo.esse verum ab intestato:secus si est factum testamentum,
ita no.ff.de min.l.si filius.in l.Gallus.§.& quid si tantum. ff.de lib.
& posth.C.de colla.l.si emancipati.& per Azo.in sum.illius tit. &
4 in authen.ex causa.& ibi per Doct.C.de lib.pręt.†Item no.esse su
blatam differentiam ag.& cog.quod intelligit gl.esse verũ in suc-
cessione ab intest.secus si ex testo.ita dt C.de inof.test.l.frẽs.in 2.
5 gl.q̃ tene menti.Idẽ dicit Azo in sum illius ti.§.itẽ dat q̃rela.†Vlt.
no.fm hoc,qđ hodie corrigit totus iste ti.ff.de ꝯiun. cũ emancip.
6 lib. † Quæro,in quo peculio filijfami.defuncti,loquitur hic,quod
præferatur descendens suo ascendenti.dic, vt in glo.super verbo,
7 parenti b.ex qua glo.not. † qđ in bonis profectitijs nihil est hodie
8 mutatũ per iura noua,& † sic habes ex hac gl.ꝙ in bonis profecti-
tijs ẽt hodie filiusf.non hẽt hæredem.ad idẽ facit, ꝙ no. ff.de cast.
9 pecu.l.pater.in prin.† Sed hic quæro,nunquid in dote profectitia
filiafam.hẽt hæredem. Gl.quæ est. ff.sol.mat. l.nupta.§.1.& l.filiæ.
eo.tit.vr velle, ꝙ non,idem tenet Azo in sum. C.sol.mat. circa fi.
pro hoc ẽt gl.hic posita super d.ver.parentib.In ꝯtrũ est casus, fm
lec.Gy. ff.sol.mat.l.post dotem. Sed potest solui, quod aut actio
de dote remansit cõis patri, & filiæ, & tunc in ea filia non hẽt hæ-
redem, vt in præal.l.aut actio facta est ipsius filiæ, puta, quia pater
passus est eam sibi postulari,& tunc habet hæredem, & ita loquit
lec. Dy.ĩ d.l.post dotem.& probatur.ff.de pac. dot.l.inter socerũ.
§ cum inter.secũdum intel.Iac.de Bel.qui intelligit,quod ibi dos
retineatur pro liberis,tanquam pro hæredibus mulieris,vt ipse di
sputando tenuit in ciuitate ista. Non ob.gl. hic posita,quia loquit
in peculio profectitio filij,ꝙ est in dñio patris,vt l.certum.C.fam.
erc.sed qõ nr̃a loquitur in peculio profectitio, quod est in dñio ip
sius filiæ,vt est dos,vt l. Pomp.Philadelphus.ff.fa.erc.& sic vr̃ idẽ,
ꝙ in castrensi.& facit ad istam glo.quæ dicit, ꝙ hodie in profecti-
tijs nihil est immutatum, l.cum oportet.in princ. ibi, non ex eius
substantia,&c.C.de bo.quæ lib & facit l.fi.in prin.in fi.ff.quis or.in
10 bon.poss.ser.& C.qui adm.ad bon.poss.poss.l.1. † Quærit glos.1.in
hoc tit.quæ est super verbo,introducta, vtrum per istam constitu
tionem sit sublatũm edictum ff.de coniun.cum emanci.li.quod
statuit,ꝙ si hẽo filiũ.& emancipatũ,& nepotem ex eo in potesta-
te, licet nepos solus admittatur de iure ciuili, & de iure prætorio
admittatur filius emãcipatus insolidum,vt §.emancipati.Instit.de
hær.quę ab intest. tñ per edictum de coniun. admittat.gl.quę est
hic, dicit, ꝙ cum hodie sit sublata dña emancipationis, & patriæ
potest. illud edictũ est sublatũ, & sic filius solus admittatur, tanq̃
primus in gradu,& idẽ,qđ hic no.in auth.in suc. C.de suis,& leg.
quæ sumitur ex isto §.& in l.illam.C.de coll.& in l.si proponas. §.
item datur querela.ff.de inof.test.& per gl.Inst.de hęr.qual.& dif.
§.sui.& no.Doc.in d.auth.in successione.

1 *Pater succedens filio vna cum alijs ,an habeat vsumfructum portionis obuenientis alteri filio,de bonis fratris.*
2 *Frater ex vno parente tantũ,ꝙ non succedat vna cũ patre in bonis fratris.*
3 *Frater vtrinque cõiunctus,an præferatur in bonis fratris auo, uel proauo.*

§ Consequens. Parentes succedunt descendẽtib. liberis ipsorũ descẽdentium non extantib.gradus prærogatiua seruata. si vero parentes eũdem gradũ obtinent,æqualr admittunĩ,cũ qb.fratres ex vtroq; parẽte cõiũcti defuncto vocantur, nec patri vsusfructus portionis eius filijs
contingentis acquirit.h.d.Et ex isto §.sumitur auth.defuncto. C.
1 ad Ter.& auth.cessante.C.de leg.hær.† No.ꝙ pr̃ non hẽt vsumfru
ctũ portionis alijs eius filijs ꝯtingentis , & quo ad illas portiones
vsusfructus,qui erat olim omnium bonorum filij mortui,est ex-
2 tinctus,rõ ponitur in tex.ibi,qm̃ hac vsũs portione,&c. † Quæro,
vtrum frater ex altero tm̃ parente coniunctus admittatur vna cũ
parentib.ad successionem fratris. & hic est text.ꝙ nõ ibi,exceptis
solis fratrib.ex vtroq;,&c.ĩ.in ver.si vero cum ascendentib.ibi,ex
vtrisq; parentib.&c.quod hoc sit verũ,no.per gl.s̃.de nupt. §.& si
quidẽ. ver.si vero non habuerit filios.In gl.q̃ incipit.si hoc totum.
3 † Quæro , vtrum frater vtrinq; coniunctus admittatur cum auo,
vel proauo,uel præferatur? In gl.fi.hic,quæ est super ver.proxim',
sunt opi.tene opi.Iac quam tenet gl.& Doc in auth.defuncto. C.
ad Tert.& per gl.C.de suis,& leg.hær.auth.in successione. & Inst.
de seru.cog. §.toties.quicquid dicat hic Iac.de Bel.

1 *Filij fratrum quando tractatur de hæreditate patrui defuncti ab intestato, & non supersunt patrui, quod succedant in stirpem, & non in capita.*

§ Reliquum. Fratres,& sorores defuncti vtrinq; coniuncti a descendentib.et ascendentib.ad eorũ successionẽ vocantur,cæteris exclusis : eis aũt non subsisten-
tib.vocantur fratres ex altero parente tm̃ coniuncti,cũ qb filij fra
trũ uocantur,coniunctionis distinctione ꝓhabita,& filijs fratrum
solummodo huiõi priuilegium indulgetur. Item superstitib.fra
trib.defuncti eum ascendentib. filij fratrum penitus excludũtur.
Item filij fratrum patris defuncti , licet tertiũ gradum obtineant
præferũtur.h.d.vsque ad §.si vero neque. Ex isto §.sumitur auth.
cessante.C.de legi.hær.& dic,ꝙ iste §.inquantum dicit,& filij fra
trum,non admittuntur cum parentib. est hodie correctus p Au-
then.ut fra.fi.ut no.in auth.defuncto.C.ad Tert.Quæro hic dicit,
ꝙ qñ filij fratrum succedunt cum patruis , qui sunt fratres defun-
1 cti,succedunt in stirpem.†Quæro,quid si non succedunt cum pa-
truis,puta quia nullus ex fratribus defuncti superest.sed solum su-
persunt filij fratrum , an succedant in capita, vel in stirpem ? dicit
Azo, quod in capita,& idem tenet ipse in authent cessante.C.de
leg.hær.& in sum.illius titu.& istam opin.videtur tenere gl. Instit.
de leg.agn.succes.§.hoc etiam. Accur.vero tenet contra hoc hic,
a & in auth.cessante.[a] C.de legi.hæ.& in l.1.in duab.glo. Rosf.vero
tenet

ADDITIO.

a Cessante. Et ibidem omnino vide Saly.

tenet opi. Azo. vt ipse ponit in tit. de bo. po. vnde cogn. §. vlt. ver.
quæritur. Spe. vero in tit. de succes. ab intest. §. 1. ver. sed an filij re
citat opi. & nihil firmat. sed Dy. Iac. de Are. & Cy. tenent opi. Ac-
cu. vt no. per Cy in d. auth. cessante. Iac. vero Bur. in d. auth. cessan
te, tenet opi. Azo. q succedant in capita, & solummodo succedãt
in stirpem, qñ succedunt cũ patruis, rõ est, quia tũc succedũt con
tra ius cõe. cum. n. patrui sint proximiores in gradu ad defunctum
deberent præferri filijs fratrum, vnde lex statuit in priuilegium fi
liorum fratrum, vt succedant in locum patrum suorum: sed quã
do succedunt inter se non extantibus patruis, remanent iura anti-
qua incorrecta. Et hoc vr inducere tex. in hoc §. reliquum, versic.
ex diuerso, ibi, sed ipsis fratrum filijs, &c. versi. sin autem cum fra
tribus. ibi, tale priuilegium, &c. sed præcedens opi. Acc. vr verior
& probatur per §. ĵ. proxi. si vero neq;. Scdo probatur, & melius
per istum §. ver. illud palam. vbi expresse hẽs, q qñ nulli supersunt
patrui, qui sint fratres defuncti, tñ filij fratrum succedunt in locũ
patrum suorum, & pferuntur patruis defuncti, qui sunt in tertio
gradu. Ad idem in auth. & post fratres. ver. hi autem. q sumitur
ex isto §. & sic concluditur ex prædictis, q etiam qñ veniunt ad
hæreditatem cum his, q sunt pares in gradu, succedunt in locum
patris eorum, & sic in stirpem. Vlt no. glo. fi. quæ est super verbo,
palam. & incipit, sed quamuis.

1 *Quando tractatur de successione transuersalium, illi qui sun vlteriores post fratres, & eorum filios, succedunt, in capita, non in stirpem, secundũ gradus prærogatiuam.*
2 *Decedenti cum duob fratrib. quorum vnus erat ex vtroque parente, alter ex altero tantum, hi tres succedunt in capita*
3 *Agnati, & cognati, hodie succedunt vsque ad decimum gradum.*
4 *Dominus, an succedat cognato sui serui.*

§. Si vero neque.

Post fratres, & filios fratrum, oẽs
a latere cognati, secũdum gradus
prærogatiuam ad successionem vocãtur in capita, sublata differẽtia
1 sexus agnationis, & emãcipationis, & patriæ potestatis. h. d. † No.
q licet in præcedenti. §§. dicatur, q cum tractatur de successione
aui, patrui, filij succedunt in locum patris sui, vt sup. eo. §. 1. in fi. &
proxi. ver. sin autem cum defuncto & C. de leg. hær. auth. cessan-
te. & authẽ. post fratres. tamen cum tractatur de successione alio
rum, illi, q sunt vlteriores post fratres, & eorum filios, non succe-
dunt in locum patris, & sic vbi inspicitur psona eius, a quo nõ suc
cedũt in stirpẽ, sed in capita, vt hic, & in auth. post fratres, fratrũq;
filios. C. de leg. hær. & hoc facit ad qõ. ibi p Doc. positã, dic, vt ibi.
2 † Quæro, quid si aliquis dedisset duob fratrib. superstitib. tantum
quorum vnus erat ex vtroq; parente: alter ex altero parente tm̃
(quod potest esse) an isti succedãt in stirpes. Iac. de Bel. dicit, quod
non, imo simul in capita succedent, quia duplex ius cõsideratur
in frat. & in filijs fratrum solum vnum, s. eo. §. si igitur. & s. eo. §.
sin autem defuncto, ergo in alijs personis non est cõsiderandum.
Inducit ẽt ipse C. de leg. hær. auth. post fratres. in gl. quæ inci. filio
rum filios, & pro hoc dicit ipse facere. s proxi. §. ibi, quandoquidẽ
&c. pro hoc optime iste tex. dum dicit exceptis fratrib. & filijs fra
trum, cæteri in capita succedunt, & qui propinquior est in in gra-
du potior est in successione, vt hic, & d. auth. post fratres, fratrũq;
3 filios, quæ sumitur ex isto §. † Quærit glo. 1. in hoc §. olim agnati
succedebant vsq; ad 10. gradum. cognati vero vsq; ad 7. Quid iu-
ris est hodie. dicit gl. q vsq; ad 10. & idem no. in d. auth in succes-
4 sione. & Insti. de suc. ab intest. §. fi. † Quærit gl. sequẽs, nunquid dñs
succedat cognato serui sui. dic, vt in gl. Insti. de ser. cog. in prin. Vl.
gl. dicit esse distinguendum circa istos § vt s. de consan. & vte. fra
& tãgitur in d. auth. post fratres, & plenius. C. communia de suc.
in auth. itaq;. & ibi per Doc.

1 *Proauia, & alij superiores, q admittantur ad tutelã, sicut mater, & auia.*
Nurus appellatione, venit pronurus.
Auia appellatione, venit proauia.
2 *Mater, & auia, licet admittantur ad tutelã, tamẽ nõ coguntur acceptare.*
3 *Mater est legitima tutrix filiorum suorũ, licet non per omnia sortiatur naturam legitimorum.*

§. Ex his.

Tutela legitima defertur s̃m gradum, & ordinẽ
quo ad hæreditatem vocãtur si idonei sunt, agna
tionis, & cognationis iura sublata, cæt. mulierib. repulsis, exceptis
matre, & auia, quæ omnib. ex latere venientib. præferuntur: solis
testamentarijs eas præcedentib. Plurib. autem in eo. gradu existẽ-
tib. magis idoneus eligẽdus est, tutelæ periculo omnib. imminen
te, legib. quæ de hæreticorum successione lõquũtur, firmis manẽ
1 tib. h. d. † No. in ver. mulierib. ibi, his. n. solis, &c. nam hic vr tex. q
solum mater, & auia admittitur, non aũt proauia, & superiores.
a In ɔ̃trium facit tex. ĩ l. cui eorum. a versi. idem Pompo. ff. de postu.
vbi appellatione auitis continetur pronurus, & omnes quib. præ-
positio adijcitur ex propria significatione vocabuli, &c. sed in pro
b posito app. auiæ debent contineri proauiæ, b & omnes quib. adij-
citur præpositio ex propria significatione vocabuli, tñ iste tex. vr
a velle ɔ̃trium, cogitabis. † Scdo no. tex. ibi, subire permittimus, q ma
ter, & auia demũ volentes admittuntur, vt hic, & in d. auth. matri.
& auiæ. C. qñ mu. tu. of. sun. po. idem habuitis in §. quia vero. eo.
3 titu. & ibi no. † No. in mater sit legitima tutrix. gl. hic dicit, q est
legitima, i. s̃m l. a iudice datam. ita dicit gl. hic, de qua no. ẽt in d.
auth. matri. & ibi per Doc. in 4. q. & ibi per Cy. in l. tutor si petitus
ff. de tu. & cur. da. ab his. & in l. si quis sub ɔdõne. ff de testa. tu &
tangit Spe. in tit. de tu. §. nunc dicendum. in prin. veritas est, q est
legitima tutrix, licet per omnia nõ sortiatur nãm legitimorum
tutorum, vt l. 2. §. si mater non petient. in fi. ff ad Treb. & pbatur
p Lominem, hic alle. & est tex. in l pe. C. in qui. cau. pig. ta. contra.
& ista op. vr placere gl. in d. auth. matri. per hu. sc §. & ibi eam te-
nẽt Doc. in 4. q. & Dy. in præall. locis: in hoc tamen sortietur nãm
legitimorum, quia mater non cogitur acceptare, vt hic, & sup. di
xi, & istam opi. tenet Iac. de Bel. Vl. ad versi. sin autem plurimi. vi-
de quod no. Doct. in auth sicut hæreditas. C. de le. tu.

ADDITIONES.

a L. cui eorum. Et ibidem vide Bar. in l. liberorum. in ver. quæro an appellatione nepotum. de verb. sig. & adde glo. in l. Gallus. §. idem creden. alias §. insti. de lib. & posthum.
b Proauiæ. Vide Bal. in l. si paulo post me. C. de succe. edi. & Bar. in d. l. cui eorum. in 1. col. ver. quæro quid in auia.

Vt sponsalitia largitas, &c. Rub.

1 *Donatio propter nuptias hodie non insinuatur, licet olim insinuaretur, & recitat tria iura, & quod quantum ad virum donantem, seu pro quo donatum sit, sic.*
2 *Sponsalitia largitas quid appelletur.*
3 *Donatio ob causam non insinuatur.*
4 *Sponsalitia donatio, quã proprie facit spõsus sponsa, insinuationẽ requirit.*

Sponsalitiam.

Spõsalitia largitas, quæ est spe
cialis ɔ̃ctus ex vl parte, valet
a cuiuscũque sit q̃titatis, ẽt sine insinuatione ah d. † Op.
1 & vr, qd donatio pp nup. egeat insinuatione, vt l. fi. C.
de iu. do. & de do. ante nu. l. fi. §. similique modo. Sol. circa hoc est
triplex ius. primum est ius C. p quod donatio pp nup. requirebat
insinua. si excedebat 50. soli. non ob. q esset donatio ob cãm, vt in
ll. ɔ̃riis, nisi in casu, qñ mulier cui donabat, erat minor, vt l. minori
bus. C. de do. ante nup. s̃m ius est introductum, p istam consti. s̃m
quod don. pp nup. non requirit insinuationem, nec quantum ad
mulierem cui donatur, nec quantum ad virum, qui donat, vel si
ab alio donatur mulieri. Tertium ius est introductum s̃m qd do-
natio pp nu. quantæcunque sit quantitatis, non eget insinuatione
quantum ad mulierem cui donatur, sed quantum ad virum do-
nantem, seu pro quo donatũ sit, sic, vt ĵ. vt fra. filij. §. illud quoque
& ideo super d l. fi. §. similiq; modo. posita est auth. eo decursum
2 cuius pars sumit ex d. §. illud quoque. † Quærit gl qd appellatur
hic sponsalitia largitas. dic, vt no. hic in gl. & in d. auth. eo decur-
3 sum † Quæro, vtrũ alia donõ ob cãm egeat insinuatione. glo. ha-
4 bet hic, q nõ, & no. in l. fi. C. de iure do. & ff. de do. l. 1. † Quæro, nũ
quid sponsalitia do. q̃ facit sponsus sponsæ, & accipit proprie, requi
rat insinuationem. tex. est, & gl. quod sic in l. 1. C. si aduer. do.

ADDITIO.

a Insinuatione. Adde Bal. in cũ l. multæ, ad fi. C. de do. ante nup. & quod per Pau. de Cast. in consi. 102.

§. Et hoc quoque.

Minores ex quo possunt testari
possunt libertates relinquere,
antiqua l. cessante. h. d. ex isto §. sumitur authen. sed hodie, C. de fi
deicomm. lib.

1 *Instrumentum faciens mentionem alterius instrumenti, quam fidem faciat remissiue, & nu. 5.*
2 *Citatio partis, quando requiratur, quando instrumentũ exemplatur, iudicis authoritate.*
3 *Originale instrumenti, si pars contra quã producitur instrumenti exẽplarũ iudicis authoritate instat, ut pducatur, an produci debeat, remissiue.*
4 *Si in sententia dicatur, visa litis contestatione, iuramẽto calũnia, & testibus receptis, & c. an per hoc, ista acta probentur, remissiue.*

§. Et hoc insuper.

Si vnũ instrumẽtum facit mẽ-
tionẽ alterius instrũ, in eo, qd de
a alio instrõ mẽtionem facit, & non editur, non probat, a nisi origi
nale producat, vel per alias pbões cõprobet. h. d. Ex isto §. sumit
1 auth si qs in aliquo documento. C. de eden. † Opp. & vr, qd istrm
qd facit mentionem alterius instrũ faciat fidẽ, vt l. chirographis.
ff. de admi. tu. & ĵ. vt fra. fi. §. illud. Sol. vt in gl. hic, & in ɔ̃nijs, & ff.
de fi. inst. l. 2. & ext. de verb. sig. c. abbate, p gl. & Inn. & vide, quod
2 no. in c. 1. ext. de fi. instr. † Quæro, vtrum qñ exemplatur instrm iu
dicis authorita debeat pars citari. Doct. dñt, q sic, qa pars posset
lædi, ergo & c. vt l. de vnoquoque. ff. de re iu. l. nam ita diuus. ff. de
adop. ita tenet per Iac. de Are. in d. auth. si quis in aliquo, & ẽt per
Cy. & ita tenet Gul. de Cu. in d. l. nã ita diuus, circa qd vide Inno.
b ext. de fi. inst. c. fi. b & de test. c. Albericus, & q no. Spe. in ti. de inst.
3 edi. §. ostenso. ver. qualiter, & ver. vt hæc plenius. in fi. sed q̃ro † qd
si pars

ADDITIONES.

a Non probat. Limita, & no. vt per D. Bar. Soc. in d. aut. si quis in aliquo, & ibi vide omnino Fran. Are. & D. Alex. de Imo. & Pau. de Cast. & Bal.
b c. fi. Et ibi ad hanc materiam vide latissime, vt no. per Fel. & quod ibi dixi.

si pats, ꝯ quā producitur instr̄m exemplatum authoritate iudicis
omnino vult, ꝙ originale producatur, an possit hoc petere, & qđ
pōt. dic, vt no. per gl. & Inn. in d. c. Abbate. ext. de ver. sig. & ꝙ no.
4 gl. t. in c. ꝯ morem. e a. dist. † Pone, ꝙ lata est sn̄ia, & in ea fit mētio
de actis, puta lit. cont. coram nobis, præstito iur. imēto de calum.
defertur ſi per legem illam non defertur ei,vt proditum eſt, hoc
proba.ar.l.ff.de vulg.& pup.ſubſti. lex Corn.ff.de bon.poſſ.3.§.
eius. Et quod nec per cōſtōnē nouam in Auth.de hær.ab inteſt.
d.§.ex his corrigitur iſte titulus,ego probo : nam titulus iſte defert
tutelam agnatis,& cognatis:& ſic loquiť generaľr, & iō non vř ſe
referre ad iſtū ſpālē tractatū legis,qua cauet,ꝙ vbi porrigitur gra
tis

lis cl'a.non vr̄ se referre ad ea de quib. sp̄al'r est tractatum, vt ff. de verb.ob.l.doli cl'a.ff.de pę.l.sanctio legū. Vn̄ dicendū, ꝙ salua reuerentia ꝯdicētiū, ꝙ iste titulus necessarius est, sed si nō esset posimus bn̄ dico, ꝙ nō esset necessariū, vt poneret̄, cū satis esset, ꝓuisum ꝑ ꝯstōnē ꝑdictā. Sciendū, ꝙ tutela agnatorū ex verbis legis 12.tabu inducit, qa noīatim, vt s̄.de leg agn.suc.& ff eo.l. 1. Itē ex rōne, qa ad successionē vocat ī.de leg. agna. suc. sed tut. la ꝑronorum nō inducit ex verbis, qa non noīatim, vt s̄.de le.pat.tu. sed ex rōe sic, quā de suc. sui. Rn̄ est alia, quæ valet ex verbis 12. tab. neque ex mente, qa l.12.tab.non vocat ad succ.filij emancipati p̄rem, licet lex alia ciuilis vocet.s Senatusc. Tert.ff.ad Senatus. Tet.l.2. obijcitur vnde in ltīmis dr̄ tam legitima, q̄ p̄ronorum fiduciaria, nullo modo dr̄ ltīma, qa nulla l.ciuili.nec l. 12. tab. nec alia ciuili vocabat frater ad successionem emancipati, licet hodie sic. C.de hær. l.vlt.§.sed nec.& est de leg.tu.l. 4. vnde posset dici legitima ex illa l.sed nec ex l.12.tab.

De Attiliano tutore. *Rub.*

1 *Tutela testamentaria quando locus sit, & quando expiret tutela datiua, & desinat esse tutor, qui datus est a iudice.*

2 *Cōdō, q̄ ex necessitate intelligitur, si exprimat̄, nō facit cōdōnale legatū.*

3 *Iudex, qui aliorū facta complet, & corrigit, debet esse completus, & irreprehensibilis.*

SI cui nullus. Dicit lr̄a, & maiorē partem tribunorum, & exponit glo. ibi, duob. tn̄ erant tres tribuni, & duo sunt maior pars triū alle gat ad hoc.l.C.de off.p̄t.l.2.sed lex illa loquit̄ de numero p̄torum, q erant tres, & ideo duo erāt maior pars; sed nos loquimur de numero tribunorū plebis. Dr̄, ꝙ lex illa nihil facit ad expōnē istā, cū nō seqt̄, duo sunt maior pars in numero p̄torū, ergo duo sunt maior pars in numero tribunorū Sequit̄. His legi.tutor dari potuit.& hic dat̄, dicit gl.intelligas, gl. sic, ꝙ oēs vere dantur ī his dubijs casib. ꝑut in lr̄a tangunt̄, sed nō ex illi legib. Attilia, Iulia, Titia, qa recessum est ab eis, sed l.alia hic allegata.ff. de test.tu.

1 l.si qs sub ꝯdi.vers.q si sinebat, &c. si ꝯdō existeret, † aut dies veniret, & iō dt gl ꝙ hic dat tutor a iudice tacite sub ꝯdōne posset dici tutor, vt habuimus s̄.e.ti.§. licet in testō, & sic s̄m gl. posset hic notari, exp̄ssa nocēt, nō exp̄ssa non nocēt. sed certe ego dico, ꝙ illud notabile nō p̄t extrahi, qa ego dicerē, ꝙ si nō exp̄ssisset iudex ꝯdōnē, tutor, q est in testō datus, interim ea pendēte a iudice intelli'r esse datus, quousq; ꝯdō in testō adiecta extiterit, qa ea extāte locus est testāriæ tutelæ, & per ꝯns expirat tutela datiua, & desinit eē tutor, q datus est a iudice, vt vidistis. ī. pxi in prin.ti.sup vocabu

2 lo illo, nullus. ergo hic vides, † ꝙ necessarius facit hāc cōdōnē in-

a telligi: ergo si exprimat̄, nō facit tutelam ꝯdōnalē, qa cōdō, quæ ex necessitate intell'r, si exprimat̄, non facit cōdōnale legatum. ff. de le.s.l.si ita scripsisset. ff. ꝯd.& dem.l.1.ad fi. & l.ꝯdōnes. Nam necessitas legē non hēt, ff.de off.procō.l.1.a's.n. si in casu, vbi non est talis necessitas, poneret̄ ꝯdō tacita, vel expressa in tutela datiua, non valeret tutelæ datio, sic intelligo. ff. de reg.iu.in l.actus legitimi. His ita visis vnū restat quęrere, an possit dari tutor in testō sub ꝯdōne, & nō possit dari a iudice sub ꝯdōne. Ad quod dicendum, & suppone primo, ꝙ in tutelis seruat ordo, primo lest locus testāriæ, scdo ltīmæ, tertio datiuæ. vn̄ si testāria, quæ primum locū hēt, sit minus plena pp adiectionē ꝯdōnis, pōt ꝯpleri ꝑ iudicē. qui interim ea pendente dabit tutorē, vt hic dr̄. at in datiua secus est, necessaria dat̄ vltimo, & si minus plene daret̄ pp adiectionem vtilis ꝯdōnis, non esset ꝑ quā posset cōpleri. Et est rō, qa si minus

3 plene daret̄ a iudice, non cōpleret ꝑ alium, qa † iudex, qui aliorū facta complet, & corrigit, dēt esse completus, & irreprehēsibilis, arg. in Auth. de sanc. epis.§. 1.& ff.de eden.l.si quis ex argentarijs. §.vlt. Sed hoc iure vtimur ibi, vel magistratus iussu p̄sidis, debes scire, ꝙ ea, q̄ sunt mixti imperij, nō delegant rīr, sed fallit hic fauore pupillorū. Et intelligo, ꝙ fallit hic in terminis hic ꝯtētis, vbi ille, q delegatur, est iudex ordinarius. Item vbi sunt patuæ pupillifa cultates; vnde dico, ꝙ tutelæ datio, quæ est a's rīr mixti imperij, delegatur, sed inquantum delegatur non retinet nām mixti imperij. Sequitur, post pubertatem tutelæ, &c. gl. super isto vocabulo posita, & glo. posita. ff. de tut.& rat.dist.ad inuicem sibi ꝯriant̄, quod hic dicit glo. ꝙ actio de rationib. distrahendis, quæ datur ꝯ tutorem, hæc actio in duplo, siue dolose, siue non administrauit, dum tamen male, quæ iure minorum.

ADDITIO.

a Conditio, quæ ex necessitate. Adde do.Ias.quē videas omnino in l. hæc verba, in 1.col.circa prin.ff.de leg. 1.

De authoritate tuto. & curat. *Rub.*

1 *Pupillus habens tutorem, si sine eius authoritate contrahat neque naturaliter obligatur, neque ciuiliter.*

2 *Adultus curatorem habens, si contrahat sine eius authoritate, neque ciuiliter neque naturaliter obligatur.*

Prodigus contrahens sine authoritate curatoris sui, neque ciuiliter, neq; naturaliter obligatur. Et quid de furioso.

AVthoritas. Hic habes principiū huius tit. ꝙ pupilli non p̄nt ꝑmittere sine tutoris authoritate, sed pone', ꝙ cum tutoris authoritate ꝑmittat pupillus cā donōnis, nunquid talis promissio pupillum obliget? vr̄ ꝙ non, qa qui donat vr̄ perdere. C.de admi.tut.l. non. ff.de dolo.l.nlius fa. Sequit̄ in lr̄a, ipsi quidem, qui cū his ꝯhunt obligantur, at inuicem pupilli non obligantur aliqua obl'one. Dn̄t quidam ꝙ imo obligan tur nāl'r, inducunt, ff. de do-

1 na l.1.† Sed certe ego dico, ꝙ pupillus hn̄s tutorem si sine eius authoritate ꝯhat, neq; naturaliter obligat̄, neq; ciuiliter, & hoc per istam lr̄am, qā dr̄ hic gnāl'r, ꝙ pupilli non obligantur, ergo gnāl'r est intelligendum. ff.de pub.l.de p̄cio. ff.de of.p̄sid.l.2. In casu isto planum est, ꝙ nihil iuris est ꝯctus ex parte pupilli, sed si dicerem' pupillum maiorem infante, obligari nāl'r, posset ꝯctus valere in casu excepto, vel ꝑ cōpensationē, nam ista sunt de efficacia nālis obl'onis: quare non est dicendū, ꝙ ꝯctus iste alio mō valeat, imo

2 plus dico, † ꝙ si adultus curatorē hn̄s sine authoritate eius ꝯhat, ꝙ neq; ciuiliter, neq; nāl'r obligaretur: quod ꝓbo, nam furiosus, & prodigus non obligantur naturaliter, licet sibi sit bonis interdictum, non nāliter tamen est interdictum eo modo quo furioso, s̄m Bart.in d.l.fi.ff de noua.quod patet ex eo, ꝙ eorum obligationi non accedit fideiussor, qui bene accedit naturali obligationi. hoc probatur. ff. de verb. obl. l. is cui bdnis, ergo cum adultus sine curatore contrahens assimiletur istis prædictis per se, constat ꝙ non erat obligatus nec naturaliter, nec ciuiliter contrahere. ff. de verb.obl.l.pubens.

1 *Pupillus obligat alium non autem ipse obligatur, & quando.*

§. Neque tamen. Hr̄ditatē adire, quia adultus pup. ꝯ tutorem agit durante tutela, hanc distin. sequitur, & refert hr̄, &c. de pupillo. Hic opponitur

1 † ꝙ in negotijs vltro citroq; obligatorijs pupillus obligat aliū, nō aūt ipse obligatur; sed cum hæreditas sit vltro, citroque obligatoria, quare non dicimus sic ēt in alijs negotijs vltro, citroq; obligatorijs. s. proximi. dr̄ s. vt pupillus possit adire sine tutoris authoritate, & debitores hr̄ditarios sibi obligare possit. ipse tn̄ non obligatur. Rō non est sīl's hoc casu, & in casu vbi pupillus ꝯhit cum alio nam in alijs negotijs vltro, citroq; obligatorijs pupillus merito obligat sic cum ꝯhente sine tutore: ipse tn̄ non obligatur, & est rō, quia in hoc, quod ꝯhit cum pupillo non grauatur, qa si pupillus agat ꝯ eum, succurreret ipsi ꝯtracto per exceptionem ꝯ pupillū, submouendo eum nisi ex parte sua velit adimplere ꝯctum, vt ff. de ꝯh. emp. l.si id, quod. in fi.& in casu proposito. Ad actionem pupillo factam sine tutoris authoritate, ꝑ debitores hr̄ditarios ipsi pupillo, nō subueniret̄ eis per exceptionem, sicut in casu alio, nam debitores ipsi non possent excipere ꝯ eum, dicendo quod ipse satisfaciat creditorib. hæreditarijs, cum debitorum non intersit pupillum seruare fidem alijs, & ideo etiam non reperiretur hic æquitas exceptionis, quæ reperiretur in alio casu non est dicēdum hic, vt in casu alio.

1 *Tutor in ipso cōtractu dēt authoritatem interponere, & præsens debet eē,*

2 *Tutor præsens cum pupillo bene potest dirigere epistolam ad contrahentē secus si non esset præsens, & mitteret epistolam.*

1 § Tutor † Ibi dr̄, ꝙ tutor debet pręstare authoritatem pupillo statim in ipso ꝯctu, & p̄ns esse, vnde si non statim, sed ex interuallo, per magnum interuallum, vel non p̄ns

a esset, sed mitteret epistolam nō valeret, quod ageretur a pupillo, & vr̄ præsentialiter pupillum contrahere, quia oculorum inspe-

2 spectio certior est. ī.de gradib.§. hacten' † sic tutor præsens cum pupillo bene potest dirigere epistolam ad contrahentem, vt. ff. eo. l.obligari.§.fin.

ADDITIO.

a Mittere epistolā. Adde, si p̄ns p̄stē interrogare ꝑ epistolā. & ille per epistolā rn̄deret absq; alia expressione verborum, nō cōtraheret̄ stipulatio valida, secūdū Bal. in l. 1.ff.de ver.ob. Bar.in l.Titius. ꝑ illum tex.iuncta gl.& ibi Are. in princi. ff.de consti.pec.refert, & sequitur do.Ias.in prin.ff.de verb. ob.

1 *Tutor non potest authorizare pupillo, si sit lis inter eos, sed dabitur curator qui authoritatem interponet pupillo, & quando.*

2 *Pupillus quando possit agere contra tutorem, durante tutela.*

3 *Et quid in curatore.*

1 §. Si inter tutorem. † Vbi dr̄, ꝙ si inter tutorē, & pupillum sit lis, quo ad iudicium disceptandi, tunc tutor non auctorizabit, qa author nō debet esse in sua cā, sed dabitur curator, qui authoritatem præstabit pupillo, qui ꝯ suum tutorem actum seu iudicium exercebit. sed de qua actione loquitur hęc gl. de quo iudicio, quia glossator hic & ff. de m.& ra.dist.l.sed non dantur, ꝯdicit sibi apertissime. vnde

2 ita distinguas. † Aut vult agere pupillus ꝯ tutorem suum durante tutela, & habet cām vetustiorem tutela, quia ꝯxerat tutor cum pre pupilli, vel pater pupilli ei mutuauerat forte cū verum est, ꝙ exercebit ꝯ tutorem per curatorem durante tutela, quæ habebat cām vetustiorem, & sic loquit̄ iste §.& hoc est verū, q̄n vnus erat tutor. Si autem sint plures tutores, tunc non dabitur curator, sed vnus authorizabit contra alium. ff.de testamen. tute.l. si plures.

Si aũt actio illa nõ hẽt cãm vetuſtiorem tutela, tunc diſtinguitur: q̃a aut vult agere pupillus tutelæ actione ꝯ̃ tutorẽ durante tutela, & non põt, quia nõ naſcit̃, niſi finita tutela, vt ff. de tut. & ra. diſtr. l. ſi tutor Reipublicæ. & l. ſi finita. Si aũt ſit alia actio, q̃ tutelæ, vt furti, q̃a aliquid ſubripuit pupillo, bene naſcit̃ actio durante tutela, ſed nullo modo intentatur, donec cõſumpta ſit tutela. ff. de tut. & ra.

5 diſt. ſed non dat. † Quid in curatore? Alius tractatus hẽt locũ, quia aut loquitur de illa, quæ hẽt cãm vetuſtiorẽ, & in illa tenendũ eſt, ꝙ in tutore dictũ eſt, ꝙ intentari põt durãte cura. & eſt diſtinguẽdum, an ſit vnus curator, vel plures, aut dr̃ de actione, quæ nõ habet cãm vetuſtiorẽ cura. & tunc aut quæritur de actione negotiorum geſtorum, quæ naſcitur ex cura, vtilis, vt C. de neg. ge. l. curatoris. Aut de illa, forte quia curator cõmiſit furtũ adulto, vel minoris. Aut eſt vnus curator, vel plures, Sed de alia. Aut eſt vnus curator, vel plures, tuauit adultus curatori. Si plures, aget ꝯ̃ alium authorizante alio ſic intelligo. ff. de adm. tut. l. cum curatorẽ. Si de actione negotiorũ q̃rit̃, aut quærit̃ de ea gñalr̃ intentanda, vt reddat̃ rõ geſtionis totius, & gñaliter, ſeu vt reddat̃ rõ vnius, tunc dãdus eſt curator ad litem, cum quo exercebitur actio. neg. ge. ff. rẽ pup. ſal. fore. l. non quaſi §. in hac. C. de admi. tut. l. aduerſus. & l. rõnes. Et hic aduertas, quia gl. hic eſt male intellecta.

Quibus modis tutela finitur. *Rub.*

1 *Tutela legitima an finiatur ipſo iure, vel vtrum durent reliquiæ primæ tutelæ, multum differt.*

PVpilli pupillęque, &c. Tutela finitur, ſi pupillus ab hoſtib. captus fuerit. Dr̃ ibi, ꝙ tutela finitur ſi pupillus captus fuit ab hoſtib. ſed hoc caſu non tollit̃ ipſo iure, quia ſi redeat pupillus, recuperat tutela. † Vnde no. ꝙ multũ dif-

1 fert, vtrum tutela lrĩma finiat̃ ipſo iure, vel vtrum durẽt reliquiæ primæ: quia primo caſu q̃n finitur tutela lrĩma a ipſo iure, locus eſt datiuo, ſ. q̃n non iure finit tutela, ſed remanerent reliquiæ primæ tutelæ ꝯ̃dõne. Vnde ſi quis datus ſit tutor ad tempus, vr̃ ꝙ adueniente illo tempore non ſit finita tutela ipſo iure: quia tp̃s nõ eſt modus tollendi obl̃onem ipſo iure, ſed per exceptionẽ. ff. de act. & ob. l. obl̃onum fere. §. placet. ergo nec tutela. Et hoc multum prodeſt ſcire vtrum finiatur tutela, vel nõ, ipſo iure, ſed remanẽt reliquiæ primæ tutelæ: q̃a vt dictũ eſt, primo caſu eſt locus ſequẽti lrĩmo, ſecundo caſu debet dari tutor a iudice. Sed dicendũ eſt, ꝙ imo adueniente tp̃e, ex quo datus eſt tutor ad tp̃s, ipſo iure finitur tutela: quia bene inuenitur quo tp̃e finitur tutela. ſ. tempore 12. ann. in fœmina, & tp̃e 14. in maſculo, ſed non ſic inuenitur in obligatione, ꝙ tollatur ipſo iure.

1 *Tutela legitima qualiter finiatur, & quando.*

2 *Tutela legitima non finitur minima capitis diminutione.*

§. Minima, Ibi dr̃, quod minima capitis diminutione tutoris, vt ſi tutor erat ſui iuris, & dedit ſe ei in

1 arrogationem, † tutela finit̃. ſ. lrĩma, dicit glo. ſed minima cap. di. impuberis, ſ. filii fam. lrĩma tutela non finit̃: q̃a filiusf. lrĩmus tutor eſſe nõ põt, q̃a ꝓximor vocat̃ ad lrĩmã tutelã, & filiusfa. ꝓximior eſſe non p̃t q̃a ipſum antecedit pr̃, niſi in caſu dicit glo. vt ſi ſit aliquis filiusfam. mortua mr̃e, q̃ habebat plures ſeruos, manumittit ſeruũ maternũ impuberẽ delatũ ſibi ex hr̃ditate materna, dat̃ ei lrĩma tutella illius ſerui impuberis manumiſſi, ex l. 12. tab, tanquã p̃rono, vt ſ. de leg. pat. tut. Et ſi emancipet̃ a tp̃e finitur. Sed dicas, ꝙ illud exemplum eſt impertinens, & eſt falſum. Impertinẽs eſt, quia hic loquit̃ de lrĩma tutela, quę defert̃ ex verbis, & mente legis. ſ. iuris agnationis, vt ſ. de leg. agn. tut. Illud exemplũ eſt de tutela, q̃ ſolum defert ex mente legis 12. tabu. ſed non verbis, vt ſ. de leg. pat. tut. Et ſi dicat̃, emancipatus eſt ẽi agnatus de iure ciuili, vt j. de exhr̃d. lib. §. emancipati. ergo p emãcipationem filii, finitur iſta tutela. Dicendũ eſt, ꝙ hic eſt fallacia accidentis, dicendo ꝙ filius emancipatus in cognatis, eſt de iure ciuili rõne qua filius, ſed non ratione qua defert̃ ſibi tutela liberti: ideo non finit̃ iſta tutela lrĩma minima cap. di. vnde in iſto arg. eſt tale pactum, ſicut ibi, tu

2 cognoſcis Coriſcũ, Coriſcus eſt hõ, ergo, &c. † Itẽ quod dr̃ in iſto §. ꝙ mini. capi. di. tutoris tollit tm̃ lrĩmam, quæ eſt cã qua quærit̃ tm̃. Iſta rõ eſt, q̃a lrĩma tutela defertur alicuiquia agnatus, quia talis, ſed per minimam cap. dimi. tollitur agnatio, ergo, &c. Per iſta iura ſoluitur illa dubitatio, aliquis ſm̃ decretales nouas, non eſt delegatus, niſi ſit indignitate, vel niſi ſit præbendatus: vnde delegatur ei cã, quia talis. ſ. præbendatus. Pone igitur, ꝙ priuetur præbenda, vel reſignet, certe expirat ſua iuriſdictio. caſus eſt iſtius §. quia ſibi delegata cauſa tali, ceſſante cauſa ceſſat effectus, vt C. de epi. & cle. l. generaliter ff. de pac. l. hoc edictum.

De curatoribus. *Rub.*

1 *Prodigo, & furioſo, & mente capto datur curator, inuitis non datur.*

2 *Curator ſurdo, vel muto non petenti, vel nolenti, non datur.*

Curator ad lites ſurdo, & muto inuitis, ſicut adoleſcenti, an dari poſſit.

MAſculi. Item inuiti. Hic dr̃. ꝙ adoleſcentes inuiti curatores non accipiunt, ꝓterquã ad litẽ, dicit gl. ſed pupillus inuitus curatorẽ hr̃e non cogit̃. Contrariũ dicit ſ. de auto. tu. §. vlt. ſuper illo verbo, vt olim, &c. Vñ dicas, pupillus, vel adultus, aut vult agere, & nõ dabit̃ ſibi inuito curator, ſed repellet̃, ſi non petat ſibi dari tanquam minus idonea pſona, vt in Auth. q lrĩmam pſonam ſtandi in iudicio habent. ſi ꝯ̃uiat̃ pupillus, vel adoleſcens, ſi pupillus ſit infans, non dabit̃ curator ad lit. ff de tute. l. qui hẽt. §. ſi pupillus. Sed hẽt duo remedia, q vult eum ꝯuenire, q̃a infans citari non põt, ſi citetur, non valet ipſo iure, vt ff. de in ius voc. l. q̃uis. Sed põt actor petere a iudice, vt ei det tutorem, vt C. qui pe. tu. l. quia. Alia via eſt, citabuntur agnati, de quib. veriſile eſt. ꝙ defenderet̃, & ſi comparet aliquis ad pupillum defendendũ, bñ qdem; ſi nullus comparet, fiet miſſio in bonis defuncti, & procedetur ad vendi. ſi ex ꝯ̃tu defuncti conuertat̃ hic p duas ll. ff. ex quib. ca in poſſ. eatur. l. hoc aũt in pupillo. l. apud Iul. Sed ſi pupillus nõ vult, nõ dat̃ ei inuito curator ad lites, vt ff. de tute. l. q hẽt. §. ſi pupillus. ſequẽs §. vr̃ ꝯ̃dicere. ſ. ꝙ cogat̃ hr̃e cur. detur ei inuito. ꝯcordant Doc. ꝙ non dat̃ inuito, q̃a cõpellere nõ põt hũc, & illum, nec aliquem, nec facio dr̃iam de pupillo maiore infante, vel adoleſcente, q̃a citabit̃, vt veniat accepturus curatorem, ff. de adm. tut. l. 3. §. vlt. & j. de ſatiſd. §. vlt q̃a q̃uo compellerent̃, niſi citarentur in ius, qđ dẽt eſſe inuitis? tunc antecedit, vt citentur, aſs q̃a citatus eſt. † Sed nunc q̃rit̃,

1 prodigo, & furioſo, a & mente capto, det̃ ne curator inuitis. Dico

2 ꝙ ſic, q̃a non ſpectat̃ velle eorũ, q̃a velle nõ pñt, arg. ff. ſol. mat. l. 2.

2 §. vlt. † Sed ſurdo, vel muto, nõ dat̃ nõ petẽti, vel nolẽti, ſed nũqd ad lites dat̃ ſurdo, & muto curator inuitis ſicut adoleſcenti? Dico dum ꝙ non. quia iſti ſi ſunt adulti procuratorem habere pñt, adoleſcens non, vt ff. de petitio. inuti.

A D D I T I O.

a Prodigo & furioſo. Adde ꝙ ꝓdigus, cui datus fuit curator, ſi rediit ad ſanos mores, deſinit hr̃e curatorem, ſi eſt manifeſtũ, aliter requiritur factum iudicis. Ita Bar. in l. is cui bonis interdictũ. ff. de ver. obl. & nunquid curator datus prodigo, qui non eſt, valeat, vide p eundem in d. l. is cui bonis, & quod ꝓdigo, & furioſo detur curator ignoranter, tenet idem Bart. in l. qui hẽt. §. ſi pupillus. ff. de tut. Ad de no. tañ in d. l. is cui bonis, vbi determinat nunqd prodigus, interdictus bonis, ſi redeat ad ſanos mores, ipſo iure efficiatur habilis, & ſolutus ab interdicto, vel requiratur declaratoria iudicis, vide per eum ibi plura de materia.

De excuſationibus tutor. vel cura. *Rub.*

1 *Abſentes cauſa Reipublicæ excuſantur a tutela noua.*

2 *Abſuturus dicitur quis dupliciter.*

Et qualiter prouideatur pupillo abſente tutore cauſa reipublica.

3 *Abſens cauſa reipublicæ longa abſentia habet excuſationem, ſi ſit legatio in remota legatione, ſed non ſi in proxima.*

1 **E**Xcuſantur. Itẽ qui excuſari nõ ꝑſit † Vbi dr̃, ꝙ qui abſunt cã Reipublicæ, excuſant̃ a tutela, ſ. noua: nã dicit gl. abſunt, vel abſuturi ſunt, vt ff. de procu. l. filiusfa dicas abſuturi. ſ. in breui.

2 † vnde abſuturus quis dr̃ dupl̃r: abſutur⁹ vno modo eſt q in veritate abſuturus eſt, quia neceſſe eſt ei, ꝙ j. annum arripiat iter, & talis non parat ſe ad eundum, vel ſi parat ſe, hoc eſt a longe eſt abfuturus ꝓxime, qui colligit ſarcinulas, & quærit equos, & ſimilia neceſſaria ad proficiſcendum abſuturis. Iſto primo modo ꝓ abſente haberet, vt ff. ex quib. cau. ma. l. abeſſe, & l. q mittunt. Et idẽ dicas, quod in verbo abſuturus, ſecũdo modo nõ excuſet ſe interim a tutela, quam habet, ſed vt prouideatur pupillo ſuo interim de aliquo tutore, q adminiſtrabit, cũ abſentaſſet. Vnde cum aliquis mittitur in aliquam prouinciam regendam. ſi delegaret aliquem, antequam ſit in ꝓuincia ſibi decreta, facta delegatio non valet donec ibi fuerit, vt ff. de off. procõ. & leg. l. obſeruare. §. vlt. ſic dico, quidam abſuturus primo ſe ſe excuſauit, interim nõ va-

3 let excuſatio, ſed tũc ſumit vires, cum incipit abeſſe. † Item ſcias, quod abſens cauſa Reipu. longa abſentia habet excuſationem, ſi ſit legatio in remota legatione, ſed non ſi in proxima, vt C. de lega. l. cum marina.

1 *Inimicitiæ aut ſunt leues, aut capitales, & quæ ſint.*

Inimicitiæ, quæ ſunt quæ excuſant a tutela.

1 **§. Inimicitiæ,** Scias, ꝙ inimicitiæ, aut ſunt leues, aut capitales: Si ſunt leues, ſiue ante teſtamẽtũ, ſiue poſt interueniant, non excuſant a teſtamentaria tutela, nec ab aliqua alia, quia leuis iniuria no reuocat legatũ, nec ab aliqua tutela, ff. de admi. tu. l. 3. ad fi. ſi graues, vt capitales, & tunc aut interueniunt ante teſtm̃, aut poſt: ſi poſt teſtamentum interueniãt, ſi ante teſtamentum tm̃, cũ poſtea eſt in teſtamento datus tutor, iſte non recuſauit, & vñr reconciliare, & hoc niſi faciat hic teſtator, vt grauet tutorẽ, q̃a videbat, ꝙ erat tutor inulus negotiis impeditus, vnde volebat eum plurib. implicare, vt ff. eo. l. athletæ. & hoc intellige, ſi inimicitiæ ortæ ſunt culpa tutoris. ſi vero ex culpa teſtõris, non põt remittere, q̃a offenſi eſt ꝓ remittere, non offendentis, ff. eo. l. a ſiletæ. §. dat remiſſionem, cũ iudex dat, non eſt locus coniecturationi remiſſionis, ideo ſemper non excuſat.

§. Item

§.Item si quis. Intellige status simplr, sine spāli petierit ipsum seruū, siue i libertū suum, qa istæ dñr qōnes status, J.de act.§.præiudiciales. per legem quā alle. gl.quod me.cau.l.asti quidem. Sol.loquitur de seruitute.

1 *Excusatur a tutela maior septuaginta annis.*
2 *Excusatur a testimonio senex, & quomodo intelligatur.*

1 **§.Item maior.** Septuaginta annis,&c.Ibi dr. † q q hēt septuaginta annos pt se excusare a tutela.dr gl.q in aliis,vt psonali munere publico, vt qñ aliqs iudex afferat,q hēt lxx.annos excusat se Sed quare sufficit ibi minus tps q̄ hic? Dicendum est,q maior labor est,& plus hēt facere qui ius reddit,qa plus hēt in sua iurisdōne qb.dēt ius dicere,sed q hēt tutelā,nō hēt tot regere,iō minus tps sufficit hic,q̄ ibi,p istā rōnē sol 2 uitē qō talis.† Dcu lap senex excusat a testimonio:quo intelligas tunc senex. Certe intelligo,q hēt 70.annos,nō ille q hēt sexaginta tm̄.quia ad hoc minor labor est in vno testimonio ferēdo,q̄ i vna tutela administranda. Rō,qa vbi qs minus hēt facere,amplius tps ad excusationē reqritur.iō sexaginta nō sufficiunt,vt a testimonio se excuset,sed exiguntur septuaginta.

§.Idem in milite. Ibi dicit gl.q clerici vsq; ad quartum gradum admittunt ad tutelam. Leges,quas adducit gl.nō loquūtur de quarto gradu,nec inuenies leges,quæ hoc dicāt. Iō dñs meus dicit, q dr hic de quarto gr.intelligebat,q presbyter tutelam lītimam pōt hre, quæ sibi iure agnationis deferr̄,sed nō testāriam,vel datiuam,vt in Auth de sanct epi §.Deo aūt amabiles,& §.presbyteros.quam authoritatē hēs de epis,& clericis,auth.presbyteros:qđ igr̄ dicit hic glo.q clerici pñt hre tutelā iure agnatiōis,vsq; ad quartū gradū, sic ostēdit: Monachi nō hñt querelationē in terra, sed clerici sic, vsque ad quartū gradū vñ p̄t clerici legare de reb.suis,q̄ sibi obuenerint iure hrēditario a suis parētib.vsq; ad quartū gradū sibi cōtingētib. vt in Auth.de eccl.tit §.interdicimus.vñ sicut est institutus in relictis legatis vsq; ad quartum graduur ,sic etiam in tutela,vñ nisi sic intelligas per simile,impossibile est intelligere gl. istam.

Libellus qualiter debeat formari ab eo,qui se excusat a tutela.
Clausula,non se adstringēs ad oīa,& singula,&c.an aliquid operetur.
Tutor datus,quod a datione non appellat,sed excusat se,quid differt.
Et quid differt appellare,& excusare.
Decretum interponitur in datione tutelæ.
Appellat regulariter nominatus ad publica munera,& quando.
Exceptiones,an debeant fieri in scriptis.

§.Qui autem vult. Hic dr,† q qui hēt plures excusatiōes,i.plures cās,p quas possit se excusare,q̄ noīatæ sunt a principio huius tit.vsq; nunc, si i vna pposita succubuerit, pōt aliā ppon intra tpa instituta,qđā poterit aliam pponere,si in illa,quā pposuit succubuit, vl nō fuit admissa,qm̄ omnes simul pponeret. Sed ,qa aut tu intelligeres, qđ sequit in lra,si succubuit,pōt aliam pponere intra tpa statuta, sed finita nō sunt tpa statuta proponēdi excusationes, & hoc est falsum,cum oēs fuerunt propositæ. Aut expone intra tpa statuta in modo finita tpe exercēdæ excusationis,si illa non currit, qñ excusat se,quia l dicit, querela dēt determinari intra qnquennium porrigit,q qui hēt querelam,accusatur de falso,interim non currit tps exercēdæ qrelæ,vt C.de inof.te.l.q maiores.ergo sic erit hic quare dicas,q non oportet oēs proponere,sed si vnam proponat, & in ea succumbat,i.non admittat,poterit aliam proponere intra tpa,s.proponendi excusationes,q̄ sunt 50.dies,vt j prox.uō suppo nas,exercēdæ,q̄ sunt quatuor menses,vt ff.eo.tit.l.qnquaginta.ad l.ff.de excus.tt.tuto.l.scire oportet. §.scire aūt oportet. ibi dr, q si multas cās habet remissionis,i multas cās,p p quas dēat remitti onus tutelæ,dēt oēs proponere,vel si oēs nō proposuit,similis est ei,q se non excusauit. Verum est quoad non nominatas, tñ quia oportet,q eas proponat,sed sic intra tps proponēdæ excusationis qui sunt qnquaginta dies,vt hic dr.† Quæritur, dato q proponat omnes,& non ponit in libello suo, non adstringens se ad omnia, & singula probanda,si succumbat in vna,an pt recurrere ad aliā? Dicendum est,q sic,vnde ex abundanti apponitur ill clausula in libellis,non adstringēs se ad omnia,&c.sicut multæ sunt protestationes ex abundanti. Item hic dicitur,q si aliquis fuerit datus tutor,non appellat,sed excusat se,vnde ab illa datione non appellatur, s. proposita excusatione, cum habeat quatuor menses ad exercēdam excusationem, sed statim cum requiritur, proponit: sed si feratur sententia in hac causa cōtra excusationem propositam,bene potest appellari, vt ff. de appel. l. cum in vna. §. tutor. † Sed a datione frustra appellatur,intelligo frustra,non ex abundanti,sed ipso iure. J.qñ appel.sit l.1.§.si quis tutor. Sed nunc quæritur,quid differt,q datus tutor a datione non appellat, sed excusat se. Quid differt appellare,& excusare? Dicendum,quod qui appellat, conqueritur de iniquitate iudicis ; vnde non cognoscet plus ille iudex. Sed quando excusat se , non conqueritur de iniquitate iudicis;ideo ille idem cognoscet,& q alius iudex agnoscat de app.habes C.de appel l.eos,qui. & quod in excusatione, idem habet. ff.de excu.tu. l. scire oportet. §. scire. Item est alia dria, quia si appellatur,x.dies hret ad appellandum, C.de app. tuto. sed hodie sed ad excusandum hēt quinquaginta dies.vt hic.& ff.eo.l. quinquaginta in prin. Itē dicit gl.si aliquis datus fuerit tutor,a datione non appellatur,in aliis munerib.publicis appellatur a datione. Quæro,quæ est cā diuersitatis. Quidam dñt,q in datione aliorum publicorum munerum interponit decretum. vt C.de app. l.nominationes.ideo qa p decretum snia mutat,a snia appellatur ideo in aliis munerib.publicis a datione appellatur.sed in datione 4 tutelæ nō interponitur decretum,ideo,& c.† Dicēdum,q falsum est,immo interponitur decretum.ff. de offic. tu. nāle. sed illa solo posset hic habere colorem,qa in aliis munerib sit plena deliberatio,& publico cōsilio conuocato,vt probatur C.de ap.l.nominationes. Et ideo,qa cum tāta deliberatione.& inquisitione sit a snia. C.de iud.l.iudices. iō sicut a snia appellat, sic a datione aliorum munerum,sed qñ datur tutor,nulla sit inquisitio.vñ sicut interlocutoria sine inquisitione datur,sic & tutor,ideo sicut ab interlocutoria nō appellatur,vt C.de ap.l.apertissimi,sic nec a datione tutelæ:tñ dicas.q in his aliis sit plena deliberatio,& inquisitio,vt dictum est per l.C.de app.l.nominationes. Et ideo si dantur, & habeant causam,qua nō dērent dari, tñ cū data sunt,iniquitas eorū per superiorem corrigenda est.ff.de app l.1.& hoc fit p appellationē,& ideo,&c. Sed qñ datur tutor, fit inquisitio vel deliberatio:ideo nō dēt pqueri de iniquitate iudicis.& ideo non appellatur,sed hēt locum remedium excusationis. Sed quærit, quare in eis nō fit tūc tanta inquisitio,& deliberatio, sicut in aliis? Dicendum,q ibi tñ nō est periculum in regimine,seu munitiōne hominum vnius regio,quātum i regimine vnius populi, & bonorum 5 eius.† Item q nominatus ad publica munera rlr appellat. Fallit i tutore,vñ nō appellat,sed proponit excusationem.& in hoc priuilegiati sunt veterani,vñ durius est remedium appellationis,quam excusationis,hoc est,qđ probat C.qñ proc.nō est neces.l.veteranus Itē dr.q ad probandum excusationem dātur quinquaginta dies: sed ad diffiniendam excusationem dantur quatuor mēses,vt ff eo. l.quinquaginta. Et dic,quod tēpus quīquagīta dierum,& tempus quatuor mēsium īcipit currere nō a tpe nominationis,seu dationis,sed a tpe sciē. Et qđ dicit lex illa,quīquaginta. tēpus quatuor mēsium currere a tpe noīationis, subaudi, & sciētiæ, quod dicit gl.quod causa ista,s.excusationis pōt durare parum vltra duos mēses,immo per 4.mēses:sed hoc ītellige,qđ in fine qnquaginta dierum inchoata sit, qui computātur a tpe quo sciuit se datum,vt dictum est.tūc qritur hic in lra,qui excusare se volunt,nō appellāt, si intra quinquaginta dies,super illo verbo,quinquaginta dies,est gl.signata.& in fine dr,quod cum aliquis se excusat debet se excusare in libello. Iō qrebat hic dñs meus,cum actio debeat se offerri in libello,vt C.de li.cōtest.aut.offeratur.cum exceptiones sint arma reorum,sicut actiones actorum,sicut accusationes accusatorum,proponitur exceptio in libello,& certe accusatio est exceptio,& hoc pponitur. In hoc voluit dicere quidam per decretalē illam,qm̄ ɔ falsam,q̄ dicit omnia acta redigi in scriptis. Sed certe hic dicit,& de app.ad cās.& l.ne cum procōsulib.vnde dñt, quod 6 exceptio hēt fieri in scriptis.† Sed certe hoc nō probāt ipsi, quia licet illa decretalis,& l.hic allegata,dicant omnia acta debere redigi in scriptis,si arguatur,ergo debēt proponi, & pbari. Illud argumentum non concluderet,ideo per illa iura nō habetur,quod exceptiones in scriptis ponātur. illud quæsitum non soluit Dominus meus.

§.Si vero. Vltra centesimum lapidem. Hic in fine istius §.est vna gl.quę incipit,Caueas ne fallaris. Et reputatur iste §.difficilis,& dñs meus dicit, quicūque dicit, qđ hic sunt difficultates,est asinus,quia nō est ita facilis §.in toto libro, sicut iste. Sed quia ibi dr in gl Caueas ne fallaris, credūt quod q datus est tutor,si moratur,seu habitet in ciuitate illa,in qua datus est tutor ad sui excusationē pponēdā,hēt quinquaginta dies. Si autem habitet vltra cētesimum lapidem.pro qbuslibet viginti miliariis. hēt vnum diē,& vltra hoc triginta dies. Ponatur igitur,q ipse habitat p decem diętas,J.qđ pro quibuslibet viginti miliaribus datur vna dies,vltra cētesimum lapidem,pro illis decem diętis hēt decem dies Item si ppūtes alia cētum miliaria,q̄ sunt a cētesimo vsque ad ciuitatē,habebit x.dies,& sic v.& x.faciūt xv. hēt enim 30.dies & sic xlv.sed ille,qui est in ciuitate,vel inter cētesimum lapidem,hēt dies qnquaginta:& sic plus hēbit ille, qui est propinquior,quam qui remotior,q est iniquū. Istam opinionem tollit lra,quæ dicit, Scæuola,qui habitat vltra cētesimum lapidem. pro quibuslibet viginti miliarib.quibus vltra habitat,hēt vnam diem & vltra hoc hēt triginta dies,ita tñ,q sit computata vna dies pro qbuslibet viginti miliarib.quibus habitat vltra cētesimum lapidē pro triginta dieb. sibi adiectis nō hēat quinquaginta dies, sibi supplicat ex potestate l.& sic nō minus habebit q est vltra cētesimum lapidē,quam ille,qui est intra , vel q est in ciuitate , & hoc est,qđ dicit litera,qui tñ,vt Scæuola. Sed dicas q eadē iniquitas remanet,nōne eadem rōne posse se excusare,si habitet,q datus est tutor vltra cētesimum lapidem,& quia datum erit additione triginta dierum,& l.c [illegible] quinquaginta dies,vt l a-

beant qnquaginta dies,tn̄ remotior est p dictas diętas,quam ille q habitat intra centesimum lapidem,vel p qndecim ab illo, qui habitat in ciuitate,& tn̄ illi hn̄t qnquaginta dies:& sic tn̄ tp̄s hēt ille,q est ꝓpinquior,quantum ille,q est remotior. Dicendum. ꝙ licet hoc sit verum,tn̄ vnusqsq; hēt tp̄s tm̄,qd̄ sibi sufficiat: vnde fit̄s oppositio hic illi p̄t opponi,q̄ fit in Euangelio, qa tm̄ dan̄ in fuit tarde venienti,seu sero venienti,sicut mane venienti, vnde si lex daret maius tp̄s,quod plus distat,cum sint innumerabiles distantiæ sed quod plus,& minus nō fuit in ꝑtāte determinare tp̄s maius,& minus,seu maiorem,& minorem distātiā:iō duob.mēbris fuit ꝯtenta,vt si habitet in ciuitate, vel intra cētū miliaria,ꝙ hēat quinquaginta dies ad ꝓponēdā excusationē suā,si vltra, pro qbuslibet viginti miliarib.hēat vnū diē,& vltra hoc adiciuntur viginti dies,vnde additio triginta dierum non ꝓficit ei, q habitat vltra cētesimum lapidē,vel in ciuitate.ſ ꝙ hēat plus quam qnquaginta dies, data est sibi vna dies,p qbuslibet viginti miliarib. qb. distat vltra cētesimum miliare,computatis ēt v.dieb.pro eisdem miliarib.q̄ sint intra cētesimum lapidem:sed si p sexdecim diętas distaret vltra cētesimum lapidē,hēt sexdecim dies itē,p cētū miliarib.ultra,sed ꝯputari debeāt,qa de hoc nō est lex.dicit, hēt 5.& sic 21.diem hēt,Itē adijciuntur sibi 30,& sic licet diem hēt,& sic hēt plus vnam diē,quā ille,q est ultra cētesimum lapidē,vel in ciuitate;& sic manifeste vides,ꝙ additio triginta dierum non facit ꝙ plus hēat,q habitat vltra cētesimum lapidē, quā ille, qui intra habitet,nisi habitet ultra p sexdecim diętas, computatis qnque dieb.per cētum miliaria,q sunt intra cētesimū lapidē, vel si illa nō ꝯputes,qa hæc lex non inuenit,tunc oportet,ꝙ distet vltra cētesimum lapidē p viginti diętas ad minus,& parū plus, vel p sexdecim diętas:qa si,p vno miliari,ex quo ē vltra cētesimum lapidē, hēbit vnā diē,vt dicit gl.licet de hoc nō sit lex. & sic computatis 21.dieb.& 20.q̄ adijciuntur,hēbit diē,ꝯ qd̄ dictum est,qd̄ nisi distet,ꝙ vbi plus,q̄ p 16.diętas vltra cētesimum lapidem,nō hēt qnquaginta dies,& ille,q est intra tm̄ hēt,qd̄ hoc nō sit incōueniēs, Vn̄ in si.l. præscriptio dēt fieri x.ann.inter ꝑntes,xx.inter absentes, & dr̄ ꝑntes in eadē ꝓuincia. Sed pone ꝙ duo sint in cōfini. duarum ꝓuinciarum diuersarum, pōt esse,ꝙ vnus distat p dimidiā leucā,ab alio, sed vt vn⁹ ꝑscribat rē alteri⁹,oportet,ꝙ teneat p 20.ann.si āt aliqs est in eadē ꝓuincia,cum astt illorū aliqs est in fine eiusdē prouinciæ,& sic forte distat p 50 pietas,sufficit, ꝙ teneat p 10.ann.ad hoc,ꝙ ꝑscribat,& sic q propinquior est,longiori tp̄e ꝑscribit: q remotior, minori. Sed forte in isto exemplo est alia rō, quam in eadem ꝓuincia,licet sit remotior,minus tp̄s exigitur ad ꝑscriptionem:qa verisile est,& est verū ad lrā,ꝙ si nō possidet rē vnius coram suo iudice,& sit ꝯ. ꝓuinciam. suū actoris, hēbit ciuius ꝯsilium,& inueniet ciuius aduocatos, quā nō faceret in alia ꝓuincia,quātocūq; esset ꝓxima,sibi simile. Pone exēplum familiarius.Si Volo ꝓducere testes,de eadē ꝓuincia,hēo tres mēses,si de alia,sex.Si de vltra mare,habeo nouē,qd̄ possum facere leuius,vł eos testes de eadē ꝓuincia intra tres mēses,vel eos,qui sunt vltra mare.ꝯ.nouē mēses,& certe leuius esset mihi producere testes in vna die de eadē ꝓuincia,quā i quatuor annis de vltra mare:sed ꝑp varietatē locorum,& distantiā loci potuit limitare,seu diffinire ꝑ fixa oīa tp̄a,sed fecit,qd̄ potuit ꝯtenta trib. Item hic hēs,ꝙ ꝓ quibuslibet viginti miliarib.dat vna dies:vn̄ istę sunt diętę legales. Et sic intellige decretalē,q̄ dicit,ꝙ aliqs nō trahat a fine suæ diœcesis sed vltra duas diætas,intelligo de legalibus ꝑ literā istam,& ff. si quis cau.l.1.h.d. Rofr. Tn̄ Bernardus dicit ꝯtrium,quod intelligēdum est de vulgarib. Sed hoc non est verum,qa cum aliqd est lege diffinitum,non debemus nos referre ad vulgi opinionem.

1 *Tutor quando dicatur esse datus ad totum patrimonium,seu vniuersum.*
2 *Maritus potest esse procurator vxoris,sed curator non.*

1 **§.Datus autem.** Tutor.† Hic dr̄,ꝙ tutor dr̄ eē dat⁹ ad totū p̄rimoniū, seu vniuersū intellige,si ptās iudicis ad hoc se extēdat:ꝑ ñ si in diuersis prouinciis hēret pupillus diuersā p̄rimonia,iudex,qui daret ei tutorē in vna ꝓuincia,ille tutor intellr̄ datus ad illa bona, q̄ sunt in illa prouincia,& sub iurisdōne iudicis dāns,nō ad bona,q̄ sunt in prouincia vna,& in alia iurisdōne,vt ff.de bo.auth.iudi.poss. cum vnus, ff.de his,q sunt sui vel alie.iu. Hic q̄r.t.si qs ꝯstituerit procuratorē suū,nec dixit i causis talib.vel cā,sed simpl̄r,ꝯstituo talē ꝓcuratoreum,nec cām expressit,an ad oēs cās videat ꝯstitutus. Vr̄,ꝙ sic qa curator datus ad litē pupillo non exp̄ssa cā,intelligit datus ad oēs lites:ita ꝓcurator simpl̄r constitutus non expressā cā,vr̄ ad vniuersas ꝯstitutus. Ad hoc facit iste §.& ad hoc ff.de tutelis.l. q hēt §.vlt,Dicendum tn̄,ꝙ certa forma dāt in ꝯstituēdo ꝓcuratorē,vt ff.de ꝓc.l.si ꝓcuratorē.tn̄ dicebat dn̄s meus,ꝙ ēt si hoc diceretur, non esset magnum incōueniēs,& posset bn̄ r̄nderi ad legē illam,
2 si ꝓcuratorē.† Item quare maritus pōt esse procurator vxoris; C, de proc l.maritus,sed curator nō,vt C.qui dari tu.poss. l. maritus, vnde hic non dr̄ improprie se excusare,si det curator, alias tutor vxor ,Dicendum,ꝙ curatoris ptās plenior est:vnde ostēn procuratoris contraria volūtate finitur,vt ꝯ. manda. §. mandatum, sed non tutela vnde certi sunt modi finiendi tutelam,vt s̄. quib. mo, tu.t.fi.per totum,

De suspectis tutorib,vel curatorib, *Rubr.*

1 *Tutor vt suspectus quandoque remouetur a tutela sine accusatione.*
2 *Inscribens punitur ad pœnam talionis,*
3 *Patronus tutor conuictus de suspecto,qualiter euitabit infamiam.*
4 *Doli expressio in sententia,an faciat infamiam.*

SCiendum est. In principio huius titu. dr̄,ꝙ crimen suspecti descendit a lege 12.tab & sic est lītimū, Quærit gl. ex quo ē lītimū crimē,nōnꝯ inscribi j. se qui accusabit:& non intelligas inscribere,i.libellum offerre.qa hoc non est dubium:sed intellige inscribere,s.ad pœnam talionis. Arguitur,quòd nō,qa qn̄q;sine accusatione remouetur vt suspectus,ff.eo,l.3. & tunc nō habet locū inscriptio.Itē qui inscribit,dēt puniri pœna sīli,si deficiat in probō-
3 ne.† Qua pœna punietur tutor:est,vt remoueatur a tutela.sed accusator tali pœna non posset puniri,quia tutelam non hēt. Quam igitur accusator talis criminis præstabit Dicit gl. ad istam rōnem,ꝙ licet nō posset inscribere respū talis pœnæ,q̄ est remoueri a tutela, tn̄ aliā pœnā cōsequit tutor,qa ꝓbat suspectus,s.infamiæ, & respectu talis pœnæ p̄t accusator se inscribere,sed nō reperio:verū est cū pœna infamiæ tm̄,ꝙ insc ribatur ad pœnam talionis,nam sequeretur,ꝙ actione iniuriarum ciuiliter intēta inscriberet,cum sit famosum iudicium,vt ff. de his q no.inf.l.1. §. 1. quod est falsum. Item
2 accusator desistens incidit in Turp.† Itē inscribens puniē ad pœnā talionis. Hoc dicit gl.in § suspectis remotis,super illo verbo, infamis. Primum,s.ꝙ incidit in Turpi.desistens deficit in accusatione suspecti,ergo,&c.sed si inscriptio,q̄ hic,ibi non inscribit, dr̄ hic in lrā,ꝙ legatus ꝓconsulis pōt remouere suspectum tutorem sibi mandi multo fortius ꝓconsul,qa non dēt licere inferiori, quod non licet superiori. Sed vr̄,ꝙ legato ꝓconsulis non ꝯpetit ius remouēdi suspectū tutorē,vt ff.ad Turp.l.1.§.suspecti. ergo legatus ꝓconsulis non excludēs supiores hēt ipsum remouere ad formam accu. Rō,ꝙ licet solus non excludit superiores a ꝑside , sed solum inferiores,& legatus ꝓconsulis maior est ꝑside, quia repræsentat ꝑso-
3 nam ꝓconsulis.† Seqtur,qd̄ si p̄ronus Hic dr̄, ꝙ p̄ronus cōuictus de suspecto,remouendus est,tn̄ parcit eius famæ, qa non erit infamis,vt dn̄t qdam. In hac opin. est gl. ꝙ iudex in sñia faciet ei gratiam:qa nō exprimet cām quare ipsum remouet.Si.n.diceret,remoueo te ob dolum quē commisisti:sic esset infamis, vt ꝯ. eo.§. suspectus.sed dolum non exprimet iudex, sed solum ꝓnunciabit
4 ipsum remouendum.† Sed dicendum, ꝙ exp̄ssio doli in sñia non facit infamem,sed doli obiectio vnde accusator petit,ꝙ remoueatur,qa dolū cōmisit,& si sibi obijcit dolum,doli obiectus facit, ꝙ postea ꝯdēnetur,vel remoueat.licet de dolo nihil dicat in sñia , erit infamis,fiet ei gr̄a:quia qn̄ liberat,ita dicet, peto ut remoueat, qa dolum cōmisit administrādo tutelā: sed dicet iudex. ego te nō audiam,& hoc casu si non est obiectus dolus,non erit infamis: & ꝙ doli obiectio irroget infamiam.qcqd dicat in sñia ꝓlata , quod dr̄ l.actionem de dolo intentandam ꝯ patrē, vel p̄roniū verbis temperandā,ff. de do.l.nō dēt.quā etiā actionem dicemus verbis temperandam obiectu,seu intēone actionis fiet sibi gratia , vel dicens licet dolus exprimatur in sñia,non erit infamis,vt ff.de pub.iud.l. vlt.licet aliter,qui condemnatur de calumnia sit infamis, vt ff.de his,qui no.infa.l.1,

1 *Tutor accusatus de suspecto,an sit infamis.*

§ Suspectus autem. Hic dr̄,ꝙ qui non ex fide tutelā gerit, p̄t accusari i. su
1 spectus:i.n̄ ge nō ex fide,i.dolose.† Itē si culpa male gerit, p̄t accusari vt suspectus,licet infamis nō sit pp cōdēnationem , si tutor datus qui non gerat pōt accusari , licet propter culpam possit petr, vt remoueatur,ff.eo.l. hęc enim.in fi.& est ratio diuersitatis,qa rē magis delinquit,qui male gerit:sicut magis debet puniri , qui rē vitiosam tradit,quam qui omnino non tradit, vt ff. de act.emp.& vendi.l.Iul.& l.si sterilis.§.cum per venditorem.

1 *Tutor de leuissima culpa non tenetur.*
2 *Dolus,& lata culpa quando ad paria procedant,*
3 *Ignorantia iuris,non excusat.*

§.Suspectus autem remotus,&c. Ibi dt gl. & on̄, ꝙ si obiectus fuit dolus,præsumitur remoueri ob dolum,& sic licet in sñia non fiat mētio de dolo, tn̄ est infamis , si fuerit obiectum vtrunq; & dolus,& culpa,tūc præsumitur remotus pp culpam,non pp dolum,& allegat gl.illud gn̄ale, quòd pœnæ molliendæ sunt, vt ff.de pœ.l.interp̄tatione. Dn̄s meus allegat, qa dt lex,ꝙ si accuso te de vi publica, & priuata , & condemnatus fueris simpl̄r,deinde debet intelligi facta ꝯdemnatione,ꝓ priuata vi , quæ minor est , non ꝓ publica,vt ff de pœ.l. si p̄ræses,in fi.arta dex per illā gl.ꝙ obiectus doli facit infamiam , licet in sñia de do-
1 lo mentio non fiat.† Dicit litera,si ob culpam remotus sit, nō est infamis ob culpa.dicit gl leuem,vel leuissimā:sed dn̄s meus dicit, ꝙ ipse nescit,quare dicat glo,de leuissima, qa tutor de de culpa leuissima non tenetur,C.de arb.tute.l.quicquid.vt intelligunt gl,loquentes.dic, i. quod condemnatus ob culpam latam, non est infamis,

famis,licet ꝯdẽnatus ob dolũ sit infamis.& licet glo.ord. dicat ꝯ-
triũ,nisi tu hẽas additionẽ,qa dicit, ꝙ lata culpa dolo ꝯparatur,
& ad hoc alleg.plures leges.intelligas,ꝙ dolus,& lata culpa pari-
ficãtur a ãn ꝯctib.nec tractãt de famę amissione,q̃ vir bonus plus
debet timere,q̃ amissionem vitæ,vt ff quod met.cau.l. isti quidẽ.
dicit gl.ꝙ damnatus ob culpam leuem non est infamis,licet con
trarium videatur,ff.de his,qui no.infa.l.liberorũ §.notatur etiam.
vbi dr̃,ꝙ si qua nupserit intra tp̃s luctus.si sciens se esse intra tp̃s lu
ctus,credens tñ de iure sibi licere,l est infamis,&c. † sic ignoran
tia iuris nõ excusat,sed ignorare ius,hæc est culpa leuis,dicit glo.
imo est lata.& sic cum lata culpa, & dolus æq paratur ẽt quo ad
infamiam,sm gl.nisi hẽas additionem, si aliqs pp dolũ infamat,
nõ est mirũ.ꝙ ignorantia iuris infamiam nõ remittit,cum ille, q
ius ignorat,sit in culpa lata,& qđ oẽs sciunt,vel scire debent;quia
idem est scire,& debere scire,ff.si cer.pet.l.ꝙ te,ad leg. Aquil.l.idẽ
iuris,sed oẽs tenemur iura scire,vt ff.de iur. & fac.ignor.l.rẽa.C.de
legib.& cõsti.prin. & edic.l.leges.ergo qui ignorat ius, est in lata
culpa,& iõ q̃ nupserit intra tp̃s luctus pp iuris ignorantiam, quia
ignorabat iura,q̃ hoc prohibent,cum esset in lata culpa,infamat̃,
sm antiquam gl,vt & dolus:non igitur est mirum si illa,q̃ nupsit
sit ĩfamis.† Sed certe si dicatur,ꝙ ignorare legem,leuis culpa est
nõ est hõ viuẽs,qn sit in culpa leui.vñ hẽbat dñs meus quendam
domi,q dicebat se ignorare leges,q̃ per facti frequentiam sciunẽ
cum lata culpa sit ignorare,vt si quis cũ excõicato participat, sit
excõicatus,& sicut illa,ꝙ mulier nubens intra tp̃a luctus est infa
mis:quia illa ab oĩb.sciri debent; ignorare iura talia,est culpa , qa
talia cum essent,vel sciunt,vel tenẽtur scire. Alia vero,quę sciun-
tur per facti frequẽtiam. Sed nescio, quare gl.facit illud arg.ꝙ re
motus ob culpã latam infamis sit, qa ꝯtrũ illud non est ꝯtrũ, nec
debuit pro ꝯtrio signari,qa nubere intra tp̃s luctus,est facti, quod
secum trahit infamiã, nisi excusabilis facti ignorantia interuene-
rit,vt in l.signata pro ꝯria dr̃,ff.de his,qui no.infa.l.liberorũ. §.no-
tatur.Sed hic loquitur de infamia,vbi vtitur tali noĩe, & est hic
minus delictũ,vñ hic infamat sñia,habita distinctione doli,& cul
pæ,& iõ supposito,ꝙ remotus ob latam culpam sit infamis,tamẽ
illud contrarium non meruit signari pro contrario.

ADDITIO.

Parificantur. Adde,ꝙ lata culpa non æquiparatur dolo in maleficijs, vbi tractaf
de pena corporali,& vbi tractatur de pecunia,& lex expresse dolum requirit,se-
cus si non requirit dolum.Bar.in l.5.ff.si quis test.lib.esse iuf. Et qño quis ob cul-
pam puniatur,& quod in maleficio lata culpa non æquiparetur dolo,vide p eun
dem in l.lex est commune.ff.de leg. Et nunquid æquiparetur dolo quo ad infa-
miam irrogandam,per eundem in l.quod Nerua.ff.depo. Et quid in penalib.an.
& quãdo non æquiparetur dolo,vide do.Iaf.in l.videamus.& in l.in actionibus.
ff.de in lit.iur.

Prælatus,qui accusatur pendente accusatione, quando administrare possit.

§.Si quis autem.

Per istum §.dicit glo. ꝙ prælatus,
q accusatur, pendẽte accusatione
administrare nõ debet,† Et hoc dicit simpliciter,sed tu distingue
ꝙ si accusetur de delicto commisso in administratione, penden-
te accusatione interim non administrabit.Sic loquitur §.vadetur.
sed prælatus accusatus de alio crimine,puta de adulterio,vel ho-
micidio,nihilominus interim administrabit,quia lex dicit hic de
tutore,vt ff.de sol.l.Calipodius,alias incipit,quamuis.& l. reo cri
minis.

Absens in delictis potest dãnari,& lite non contestata procedit ad sñiam.

§.Nouissime aũt sciendũ est, &c.

Gl.dicit,ꝙ iste §.facit ad q̃onem talem: Emi librum a te suit con
summatus ꝯctus,mihi tradidisti librum, & tibi non dederam p̃ciũ,
reperio librum alienum , vel vitiosum: agis ꝯ me ex vendito ad
pecuniam:nolo tibi dare pecuniam, qa dico, ꝙ liber alienus vel
vitiosus est, & si non vis mihi cauere de reddendo precio in casu
euictionis,vel vitii,nunc non debeo tibi dare,sed librum tibi.resti-
tuere.In ista quæstione dicebat dominus meus, aut apparet , vel
apparere potest vitium aperte, vel lis est de vitio , quia tu dicis li-
brũ tibi traditũ vitiosum esse,& ego dico nõ vitiosum. Primo ca-
su dicebat,ꝙ tenenda est gl. Secundo casu,si non est vitiũ eminẽs,
qđ appareat,locũ redhibitioni non esse, sed precium debet solui,
sed cum satisdatione,alias caueretur verbaliter,vt ff. de ædi.edic.
l.si vẽditor.vnde lex dicit,si in limine ꝯctus appareat cõtrouersia
de euictione satisdandum est,cum alias caueretur verbaliter: vn-
de si tibi vendidi rem,& alius incontinenti venit , & dicit, emisti
rem,quę mea est,satisdandum est,vt C de euictio.l.post perfectã.
Sed sicut est in euictione,ita dicam in vitio. Si autem sit apertum
vitium,nec est lis de eo,nõ est reddenda pecunia, sed res restituẽ
da,ut ff vt in poss.le.l.si is a quo.duo verba omisi supra,de quib.gl.
non facit mentionem:vnum in est illo §. sed suspecti cognitio,&
moriatur pendente accusatione , extinguitur cognitio suspecti,
sed certe vr, ꝙ si appareat dilnitum esse in cã condemnationis,
quod duret rõnę sumptuũ,qui statuti sunt in cã ista accusationis,
vt C.,si pen,ap.mors interuenerit.l. 3,quia ibi durat accusatio post
mortem propter bona,in § si quis tutor.not.aliud,ꝙ si quis tutor
fuerit absens,nec facit sui copiam, potest vt suspectus remoueri.
† Et sic quod in delictis si quis absens est, potest damnari , & lite
non contest.proceditur ad sententiã:quia hic non dicit, ꝙ absens
fuerit litem contest.vel non contest. Nam simpliciter intelligen-
dum est.de hac materia habes.ff.de pę.l.absentem.

LIBER SECVNDVS.

De rerum diuisione. *Rub.*

1 *Piscandi ius qualiter sibi quis acquirat,& qualiter ro priuetur.*

SVperiore.

Flumina aũt oĩa,& portus.In
isto §.dr̃,ꝙ ius piscandi est cõ
mune lex publicũ rõne cõitatis hẽt. Sed q̃rit gl.
Pone,ꝙ ĩ diuerticulo fluminis aliqs lõgo tp̃e pi
scatus est sol',alius vult piscari,poterit ne ille aliũ
ꝓhibere?dic ꝙ si alij volebant piscari,& ipse ꝓhi
bebat eos,i. post prohibitionẽ longo tempore solus piscatus est, di-
co,ꝙ acquisiuit sibi ius piscandi,& alios poterit prohibere: sed si
occulte piscabatur in quodam diuerticulo fluminis , & ita fecit
diu,nec aliquem inueniebat, imo solus piscabatur: quia ita con-
tingebat de facto,tp̃e sic faciendo longissimo, non acquiret sibi
ius piscandi,quin & alij possint piscari. vnde dicit lex , si habuisti
domum tuam depressam iuxta meam,& hoc tp̃e,de quo non ex
tat memoria,& vis eleuare,potes: sed cum voluisti eleuare pro-
hibui,& post ꝓhibitionem tenuisti depressam longo tp̃e, acqsi-
ta est mihi seruitus altius nõ tollẽdi,hoc est, ꝙ dr lex.C. de seru.
1 & aqua.l.1.& 3.Sic vides.† ꝙ ius piscãdi tẽpore põt amitti , sed su
perior põt me prohibere,qñ nos videmus,ꝙ ipsi prohibent pisca-
tiones, & venationes. Dicendũ,ꝙ non est de iure, sed Imperator
posset ꝓhibere, sed eodem errore quo dicunt esse superiores in
terra sua,& sic Imperatores non habere superiorẽm,eodem erro
re posset hoc prohibere,& ꝙ Imperator possit hoc ꝓhibere.pro-
bo,qa viam publicam populus nõ põt amittere nõ vtẽdo, nec aq
potest quis ducere per viam publicam,quia fieret iniuria, sed Im
perator potest concedere ductum aquæ,& sic viam, quæ publi-
ca est prohibere,vt ff.de seruit.l.seruitutes. licet hoc dicat sine in
commodo publico.

§.Riparum quoque.

tus,tunc veniunt veniẽtes ab intestato,nec tenentͯ ad legata,ff.de his,q̃ in test.dele.l.pxime.& l.vlt.& C.de his qb.vt indi.l. hẽditas. quid in dubio? dicit gl. ꝙ præsumetͯ,ꝙ ꝑꝑ demeritũ hẽdis destru xit hæc gl. C.eo.l.nostram.sed ego dico ꝯ.per illud gñale,præsumitur bene meritus,q nõ probatur demeritus,vel malus.vbi potes distinguere,vtrũ ex parte maiori incidere,vel ex parte minori,non approbo,vt C.de edi.diui Adr.tol.l.vlt.licet quidam ita distinxerint. Si aũt processit ad actum cancellandi,dico nõ cancellata rata esse,& cancellata esse irrita,vt ff.de his quæ in test.delen. l.pen.& hoc vbi processit ad factũ:si processit ad aliud testm̃,distinguo,aut processit ad aliud testm̃,& ipsum perfecit,aut nõ perfecit:si non perfecit,aut primum erat minus solẽne. tũc reuocatͯ testõ mi.l.eius militis § militia missus sed primum aut erat solẽne,aut non pfecit,qa nõ potuit:si non fecit,qa pœnituit,oĩa manent rata,& firma,fiue erant in ptimo testõ,si fm nõ perfecit,qa non potuit legata in primo ope exceptionis annullare,sed institutio est rata,vt ff.de adim.& transfe.leg.l.ex parte si pfecit fm,aut solenne,aut minus solenne,aut primum solẽne testm̃,& fm perfectum,licet minus solẽne sic se habeat,qa i vltimo instituti sunt veniẽtes ab intestato,in primo alij.aut res aliter se hẽt in primo ca su,primum nullũ est,si res aliter se hẽt,primum ratum est,vt C. de testa.l.hac consultissima.§.pen.si aũt est vltimum solẽne,sicut primum,aut in primo erãt instituti liberi,aut nõ.si in primo erãt instituti liberi,manet ratum nõ obstante fcdo,nisi in testa.fcdo fiat mentio de primo,vt C. de test.auth. hoc inter liberos. si non erant instituti in primo liberi,aut primum erat derogatorium fcdi:nam si primum erat derogatorium fcdi,primum tũc manet,nisi de primo fiat mentio in fcdo,ff.de leg.;.l.si quis in princ. si primum non est derogatorium,fcdi,aut in vltimo solenni sunt instituti capaces,aut non capaces,si capaces indubitanter rũpitur primum,aut non capaces non hñt hæreditatem,sed defertur primis institutis in primo,vt ff.de his,quib.vt indi.l.cum quidam

De inofficioso testamento. Rub.

Testamentum dicitur inofficiosum,si pater filiũ nõ instituit,sed exhæredat.
Querela est quoddam officiũ iudicis,non autẽ accusatio,neque actio.
Querela nunquid sola intentabitur,aut cum ea intentabitur petitio hæreditatis,& quæ sit practica.
Querelã inofficiosi an habeant ascendentes per lineam masculinam in testamentis descendentium.
Frater,vel soror non admittitur contra testamentum fratris,nisi persona turpis,vel infamis instituatur.
Fratres vterini habent querelam,sicut consanguinei.
Differentia sexus est hodie sublata,& hoc verũ eo mortuo ab intestato,de cuius bonis agitur,sed in testamento,nihil immutatur.
Filij fratrum præmortuorum,an admittãtur ad querelam patrui sui,sicut pater eorum admitteretur,si superstes esset,&c.
Querela quibus liberis detur.
Querela cum sit de iure ciuili,an detur emancipatis,qui de iure ciuili sunt incogniti

Via plerunque parẽtes, &c.

Hic tractatur de inoffi. testõ,de hoc est ratio noĩs arg. dr̃ inofficiosum testamentum, & querela inofficiosi testamenti:inter patrem,& filium versatur officium pietatis, vnde officium est pietas parentum ad filios,vt C.de ali præstan. vel alimenta,obsequium proprium liberti erga patronum, vt C. de neg.gest.l.officio,nec minus obsequio.l.vno obseqo cum de corrigendo se dicit hic. religio hominus ad Deum,vt ff.de iust.& iu. l.veluti.†si pater non exerceat illud opus pietatis erga filium,qa nõ instituit,sed exhæredat,dr̃ inofficiosum testm̃.dr̃ fieri,vt dicit lra,quasi a demente,non quasi a furioso.Vr̃ sibi ꝯdicere litera:sed dic,quia in primo casu dr̃ in litera,ꝙ a quasi demẽte,non quasi a furioso,& sic quasi est expressiuum similitudinis,nõ designatiuum veritatis.In secundo casu dicit litera,ꝙ dr̃ fieri,non quasi a furioso,sic quasi est expressiuum veritatis,sic vides ratio.tãtum nominis,quia dr̃ querela inofficiosi testamenti. Quærit glo. † quid est querela? dicit ꝙ est officium iudicis,a & hoc satis probabiliter potest dici,quia non est accusatio,quia non agitur ad pœnam corporalem,vel pecuniariam.non est actio,quia nõ petitur aliquid dari,vel fieri ab aduersario,iõ est quoddam vitium,quod erit querela.vnde satis potest dici,ꝙ est officium iudicis quod imploratur a filio exhæredato,merito vt pronuncietur testm̃ factum contra officium pietatis,non valere.Caue,nunquid sola querela intentabitur,aut cum ea intentabitur petitio hẽditatis? hæc est Doctorũ sñia,ꝙ qui intentat querelam,non intentat petitionem hæreditatis,quia petitio hæreditatis competit hæredi,leg.si hæres non est ante prolatam querelam,immo institutus,ideo eam non intẽtat cum querela. Alij dñt,ꝙ immò simul põt intẽtari,& de hoc hẽs. ff. eo.l.cum de inoff.test. Ego dico,ꝙ bene dicunt isti,& ille,qui intẽtat querelam pt intẽtare petitionem hæreditatis, si vult, dixi de rescissoria,ꝙ simul pñt intẽtari.hoc dixi ĩ.de actioni. §. rursus.querela est officium iudicis rescindens testm̃, quo rescisso competit petitio hẽditatis,& ideo pñt intentari. & dicet sic in libello filius exhæredatus,peto rescindi per querelã testm̃,& mihi restitui hæreditatem.per petitionem hẽditatis.sic intelligo.l. qui de inoffic. test.ff.eo.Quæritur,quis intẽtar? dico ꝙ filius exhæredatus in testõ ascendẽtium per lineam masculinam hẽt querelam inofficiosi, non præteriti,sed hẽt bonorum possessionem ꝯtab.& quod dixi, ꝙ filij exhæredati in testamentis prædictorum habent querelam, hoc est verum,de illis qui rite sunt exhẽdati,licet non recte.rite respicit formam,recte respicit cãm,vtrũ fuerit iusta,vel non, vñ pt esse rite exhẽdatus,non tñ recte,qđ probatur.ff.de bo. pos. ꝯtab.l.

3 non putauit.§.non quæuis.†Item ꝯ ascendentes p lineam masculinam exhẽdati,in testamẽtis descendentium per lineam masculinam,rite exhẽdati.habent querelam inofficiosi:sic loquitur totus iste tit.ff.si quis a parente fue.manu.sed hæc dñia non est reuocata aliquo iure.liberi,si ibi fuerunt præteriti,qui sunt in ptãte defuncti,qui dñt ipso iure nullum,si non qa emancipati impugnãt per ꝯtabulas,sed ascendentes nunquam dñt nullum ipso iure testamẽtum descendentium,sed hñt querelam exhęredati,vel bo. pos.ꝯta.si fuerunt præteriti.in descendentib.per lineam fœmin.& in ascẽdẽtibus habet locum iste titulus,s.querela inofficiosi testamenti,siue præteriti,siue exhæredati,non.n.habet locũ bon. pos. ꝯta.l.illud.§.ad testamẽta,& in ista linea fœminina nullo iure,& testm̃ ipso iure nullum,nec competit,vt dixi,bon.posses.ꝯtab. veniamus ad lineam collateralem,nõ habet locum ꝯta.sed querela inofficiosi testi duntaxat,& in casu,vt si frater instituat turpẽ psonam,frater,vel soror consanguineus,& ẽt vterinus tantum exhæredatus,vel præteritus,exhæredati,vel præteriti habent querelam inofficiosi testamenti,vt ff.de inof.test.l. fratres In ista linea trãsuersali pone in casu querelam,in quo dixi,q̃ñ frater vel soror consanguineus fratrem,vel sororem consanguineam exhæredat & turpem psonam instituit,& circa hoc notabis tria in glo. nña, vbi loquitur de infamia facti, facit repelli a querela, vt C.de inoffic.test.l.fratres,dñt Do.ct. nostri faciunt admitti ad querelam.

4 †Frater,vel soror non admittetur ꝯ testm̃ fratris,nisi persona turpis,vel infamis sit instituta,d.l. fratres.dico,vtrunq; bene dr̃, nihil Catilina Cethego.sed ego video,si ponatur ꝙ frater sit turpis persona,sicut institutus,non habebit frater querelam in testõ fratris

5 imo repelletur,arg.ad hoc.C.de inof.test.l.in arenam.†Secundo notabis,ꝙ fratres consanguinei habent querelam,nõ vterini,hodie,vt dñt quidam hoc corrigi,cum hodie sit sublata dña agnationis,vt in Auth.de hẽditatib.quæ ab intest.per totum. põt dici ꝯtrium:vnde dña sexus sublata est hodie,verũ est eo mortuo ab intestato,sed in testõ nõ inuenio mutatum,stet igit. C.de test.l.san

6 cimus,C.de ap.l.præcipimus.† Notabis tertio in linea transuersali,stat querela in personis fratrum,& vltra non extenditur, nunquid hodie filij fratrum præmortuorum admittantur ad querelã patrui sui,s.fratris sui patris,sicut pr̃ eorũ admitteretͯ? Dñt quidam ꝙ sic,filij fratrũ succedũt sicut pr̃,& hoc dñt,vt prius,at. in Auth. vt fratrum filij,circa principiũ.dicimus ꝙ non, vt prius, & loquitͯ Auth.de hær.quæ ab inte.& nos loquimur hic de testamentaria in qua non inuenitur correctũ,stet ergo.C.de te.l.sancimus,& C. de app.l.præcipimus.hoc est verum,si filij fratrum,sicut soli non habent querelam,nec intermissũ,si non sint soli.Pone,habebat testatõr,q turpẽ personã instituit,fratrẽ consanguineũ, & vterinum, consanguineus intentabit querelã? hoc planũ est,ꝙ poterit,& sic facit locũ fratri successuro ab intestato, & sic vterinus veniet cũ ꝯsanguineo,qđ credo,nec hoc pt negari,qn dña sexus in successione ab intestato sublata sit,p Aut.illam,de hær.q̃ ab inte. sint & filij fratrũ veniẽt,ex quo est locus successioni ab inte.& sic p obliquũ admitterẽt ad q̃relã,sic quo ad q̃relæ effectũ.dicit gl. mittũt hoc casu fratrũ filij,& sic vterinus cũ fratre ꝯsanguineo ad successionem fratris,expugnato eius testõ per fratrẽ cõsanguineum,tñ alio iure,qa ꝯsanguineus frater admittitͯ,succedit ab intestato,ar. ff.de bon.pos.ꝯtab.l.filium.dñs dñi mei,s.Io.de Mo.dicebat ꝯtrũ, qa frater ꝯsanguineus,ex quo sic laborabat,solus intẽtando querelam,& solus faciebat expensas,solus habebit commodum. Ad istã ꝯtria,q̃ dñt,ꝙ ab intestato sint admittẽ vterinus,cõsanguineus nuper & filij fratrũ,vt in Auth.de hęr.q̃ ab intest.§.1. in Aut. vt fratrũ filij,circa prin.verum est,dicebat ipse,ꝙ simul ab intestato prius facto,vt ff.de inof.test.l.nã & si parentib.vlumum, & l. sanctio legum.& sic vides in quorum testamentis habet locũ quere

7 la.† Videamus,quib.liberis detur querela:& datur liberis naturalib.& legitimis,hoc certum est,dicit tex.adoptati demũ de inofficioso agere pñt,si nullo alio iure ad bona defuncti venire pñt,nã si iure alio venire nõ possint,dicit tex.adoptati gl.dt arrogati. dico

ADDITIO.

a Est officium iudicis. Adde,ꝙ querela non est actio,nec accusatio.sed quoddã officium iudicis. Bar.in l.nã & postea.§.si minor.ff.de iureiu.Et quod sit medium concludendi in querela inofficiosi,vide per eundẽ in l.2.ff.de inof.test. Aduerte tamen,ꝙ querela inofficiosi testam.vocatur accusatio,secũdum Barto.in l.1.§.sciendum,ff.de susp.tuto. Aduerte etiam,ꝙ querela non cõpetit,vbi quis habet aliud remedium,Bar.in l.Papinianus,§.si quis impubes,de inoff.test.

co. si litera diceret, non potest stare, quia arrogati habēt ꝯdōnem
ex lege. vt ff. de inof. test. l. Papinianus. §. si impubes. ergo si alio iu
re pħi succedere, non habent querelam, vt dixit tex. vnde nō pos-
set stare litera arrogati. vnde hic accipit adoptati, in genere, adop-
tati habent querelam, non arrogati, vt dictum est, adoptio sub se
continet adoptionem proprie dictam, & arrogationē: olim tran-
sibant adoptati in ptātem patris adoptantis. & habebant querelā:
hodie si sint adoptati a persona coniuncta, transeunt in eius pote-
statem, & idem dicit hodie quod olim, vt habeat querelam, sed
si personæ extraneæ sint, non transeunt in eorum potestatem, &
ideo non habent querelam. hoc probatur. C. de adop. l. cū in ado
8 ptiuis, & ꝫ. de adoptionib. §. sed hodie. † Et no. ꝙ adoptati, quādo
adoptantur a persona coniuncta, habent querelam manentes in
potestate, sed naturales & legitimi, & manētes, & exeuntes habēt
querelam, sed tunc, quia querela est de iure ciuili. Qua ergo rōne
dabitur emancipatis, qui sunt incogniti de iure ciuili, vt ꝫ. de hę
red. quæ ab inte. §. emancipati. Dicunt, ꝙ hoc est per prætorem, ꝙ
admittātur ad querelam. Sed est ne in potestate prætoris dare au
xilium de iure ciuili, immo si iurasset, non posset dare querelam
inofficiosi, quia per querelam desinit esse hæres institutus, & prę
tor non potest facere de aliquo, qui sint hæres, ꝙ non sit hæres, vt
ꝫ. de bon. pos. §. quos autem. dico ergo quod emancipatus habet
querelam per nouas leges, quia lex duodecim tabu. non congno
scebat eum, sed iste emancipatus debet primo impetrare bo. pos.
decretalem. Dicunt Doct. emancipatus est incognitus iure ciuili
repellitur a querela, ideo oportet, ꝙ habeat insignia prętoris, per
quæ admittetur ad querelam, & hoc per bo. poss. decre. sed sicut
dixi, si iurasset prætor, non posset dare intersignia iuris ciuilis, quia
per querelam daretur querela, cum per querelam desinit esse hę
res, qui institutus erat, quod non potest facere prætor, vnde per
bono. poss. decretalem non solum emancipati, immo quicunq;
non sui, indigent ea. Et scis tu, quæ est ratio bon. pos. Illi, qui agunt
querela, desinunt in totum, & postea prolata querela, adeunt, si
volunt, abstinent. Vnde ille, cui competit querela de iure ciuili, p
lata querela, & sic reducta ad causam intestati, adibit, si vult, & si
vult non adibit, vnde voluerunt iura ligare illum, scilicet emanci
patum, vel non suum, qui querelam non poterat intentare, vt ip-
se ligaret, prolata querela tenetur adire, non esset in voluntate
sua adire, vel non, alias iura essent illusoria, per admonem non po
test, quia non potest adire nisi prolata querela, ideo volunt quidē
ligare se, vnde voluerunt iura, vt peteret bono poss. & se ligaret,
vt declaret se agnoscere hæreditatem, quæ tribuit ius, vnde tri-
buit ius hoc probatur. ff. de inoffic. testamen. l. quemadmodum,
& l. Papinianus, in fi.

§. Si tutor.

Ibi no. arg. quod aliqs facit nō tanquam ipse, vnde non omittit tutor legatū, qui agit querela nomine pupilli, licet succubuit, & hoc ex necessitate facit, & de hoc habes. C. de admi. tuto. l. cum quędam.

1 Filius agit ad supplementum, si inueniatur habere minus quarta.
2 Filius trāsmittit querelā nō præparatā ad suos, & quomodo intelligatur.
Filius transmittit hodie ad posthumos querelam non præparatam.
3 Suus præteritus, olim & hodie potest dicere testamētum nullum ipso iure, emancipatus præteritus bo. poss. contratabu.
4 Præteritio potest fieri dupliciter, inserta causa, & nō inserta cā, & quādo.
5 Et quid si fuerit inserta causa, quæ tamen certa non est.
6 Causæ ingratitudinis quatuordecim, quib. filij exhæredari possunt, septem quibus parentes, & ascendentes in testamentis descendentiū, tres in quibus fratres in testamentis fratris.
7 Legitima, si fiat testamentum, debet relinqui iure institutionis. Et quæ vtilitas resultet, quòd filius habeat legitimam iure institutionis.

§. Quartam.

Ibi dr̄, ꝙ filius debet habere quartā, vt repellatur a querela. Ad euidentiam hu⁹
§. maxime notabis, q̄ sunt necessaria per C. de isto trac. quid p Au
th. :. . Per C. hæc sunt necessaria. Primum est. ꝙ per leges C. anti-
quas exhæredatus debeat probare se gratum, per leges nouas C.
mutatur, immo debet hęres institutus eum probare ingratum, vt
C. de inoff. testam. l. omnimodo. Secundum est, quia ante C. &
per iura antiqua C. posthumus poterat exhæredari, per leges no-
uas C. hoc est immutatum, ut non possit posthumus exhæredari;
quia non potest committere causam ingratitudinis, ut C. e. l. si qs
in suo. Tertium est, si filius inueniebatur habere minus quarta, a-
1 gebat querela, & destruebat totum, hodie per querelam agit ad
supplementum, si inueniatur habere minus quarta, & hoc per cō
ditionem ex lege, vt C. de inof. testamē. l. omnimodo circa prin.
Quartum est, ante non oportebat, ꝙ in testamento pater dice-
ret filium ingratum, hodie per l. C. exigitur, ꝙ dicat filium ingra
tum, adeo ꝙ si non diceret filium ingratum, si esset ingratus, non
posset dici ingratus, vt C. eo. l. omnimodo. Quintum est, ante C.
non transferebatur querela non præparata, vt ff. eo. l. posthumus,
2 & l. quemadmodum. † hodie dicit gloss. transmittit exhæreda-
tus querelam non præparatam ad suos, vt C. eo. l. sancimus. dico,
ꝙ transmittitur a filio in descendentes, non dico ad suos: potest
enim esse filius, & non suus: vel præteritus, non suus. vnde dico, ꝙ
filius transmittat hodie ad posthumos nō præparatam, sic loqui-
tur. C. eo. l. sancimus. Videamus, quid sit innouatum per Auth. di-
xit Martinus, quicquid dr̄ de querela in C. & ff. totum deletur, ꝙ
hodie querela non habet locum, nisi inter fratres turpibus perso-
nis hæredib. institutis, vt in Auth. vt cum de app. cog. §. aliud. ast.
illam sic inducebat ipse reductiue, ꝙ non habet locum exhæreda
tio, nisi in casu, quo dixi. Si quæris de ascendente, an in eius testa-
mento habeat locū querela? Distingue, aut mortuus est intesta-
tus, quo casu non hēt locū querela: si testatus, aut præterijt suum,
quo casu nullum est testamentum: si exhęredauit, aut inserta cau
sa, & vera, & valet testamentum, & non habet locum querela. in
Authē. vt cum de app. cog. §. aliud. si non est vera, non valet testa-
mentum, quia nec tunc valebit, & nūquam habebit locum que-
rela in testō ascendentium, & sic inducebat Marti. omnia mem-
bra falsa sunt, si q̄ris de testō descendentis, eo modo inducit, dicūt
Doct. concedentes totam inductionem vsq; ad aliud, cum causa
falsa inserimr, testm̄ ipso iure non valet. dicit Martinus, ꝙ falsa cā
pro nulla habetur, istud falsissimum, quia ita testatus est, & si non
recte, vnde tenetur, & sic concedunt Doctores inductionē Mar.
vno modo excepto. Mar. sic inducebat, testator aut inseruit cau-
sam, aut non: si non inseruit, testamentum est nullum ipso iure, vt
in auth. vt cum de app. cog. §. aliud dicit glo. concordo circa illū
articulum, quia non habet statum certum, vnde dicit, forte hoc
casu nullum erit testamentum, scis tu quid sequitur? ex hoc di-
cunt quidam, quicunque testator, quemcunq; filium exhæreda-
uit, & emancipatum, ex quo non est inserta causa, testamentum
ipso iure non valet, dico, ꝙ falsum est. illa auth. dicit, nō licet præ-
terire, vel exhæredare sine cā, intelligo non licet, quia si hoc fiat,
impugnatur testamentum suo modo, vt per bo. pos. ꝯ tab si non
fuit certa, tm̄ incerta, vel pel per quærelam, si est inserta, vnde non
est verisile, ꝙ tot iura uoluerint abrogare vno solo verbo, arg. C.
de inof. test. l. si qñ. vr̄ ꝙ immo ipso iure sit nullum euacuato, cęte
ra firma manent. dicit euacuato. s. euacuando, vt in Auth. vt cum
de app. cog. §. fine. arguit dn̄s Ioannes, dicit de euacuato, s. per que
relam, cum inseritur cā, per bo. pos. cōtratab. vel querela, hoc est,
quod habes in Auth. vt cum de app. cog. §. siue igitur, & §. si quis
ex prædictis. vnde dico, ꝙ per istum titulum, quo casu dicebat ip-
3 so iure nullum, est innouatum. † Vnde suus præteritus a & olim,
a & hodie potest dicere nullū ipso iure, emancipatus præteritus nō
potest dicere ipso iure nullū, sed habet bonorum possessionem ꝯ-
tratab. & quod dixi, ꝙ nihil est innouatum, per auth. quo ad aliū
articulum, quo potest dici ipso iure nullum, intelligas quo ad for
mam exhęredationis, olim sic dicebat testōr, filiū meum exhære
do. nec poterat dicere ipso iure nullum, sed habebat locū quere-
la, quia sufficiebat exhæredare nominatim, non expressa cā ingra-
titudinis, in Auth. vt cum de app. cog. in §. aliud. & ideo si hodie
exhęredaret, quia diceret, filium meū talē exhęredo, nec causam
ingratitudinis exprimeret, hr̄ p præteritione, & sic ipso iure pos-
set dicere nullū, cum olim non posset, cum esset rite facta exhæ-
redatio, immo rumpitur per querelam. probatur. C. de libe. pręt.
auth non licet, & Auth. pręallegata, vt cum de app. cog. §. aliud.
vnde dico, ꝙ sicut olim præteritus posset dicere ipso iure nullum,
sic & hodie pręteritus potest dicere ipso iure nullum, licet alio
modo dicat præteritus, & exhęredatus olim, & hodie: vnde per
istum articulum, alio modo olim, & hodie, idē Azo dixit, ꝙ inno
uat Auth. iure C. quia qñq; tenet testm̄ ipso iure per auth quod iu
re C. erat ipso iure nullum, vt si pręteritur filius suus, vt C. de libe.
pręt. l. maximum vitium. §. scimus. itaq; hodie per auth. prætera-
tur filius suus inserta cā pręteritionis vt C. de lib. pręte. auth non
4 licet. in Auth. ut cum de app. cogn. §. aliud. vnde dicit Azo, † Præ-
teritio potest fieri dupliciter, inserta cā, & potest fieri non inserta
cā, vel est innouatum: quia filius sit præteritus, pōt ipso iure dicere
nullum, si præteritio inserta cā, est innouatum. sed qūo est pręteri-
tio inserta cā. quia præterire est sub silentio trāsire? quidā dixerūt,
ꝙ fiat pręteritio inserta cā, hoc modo, filium meum prętereo, cū
cā tali. sed certe hæc est exhæredatio, cum exhr̄datio fiat quibus-
cūque uerbis, dum modo de uerbis appareat, ꝙ uelit testator filiū
suum esse alienum a successione, ut C. de li. prætē l. 3. & hoc dixit
ipse Azo, quia si dicat testator, filium meum prætereo, ex tali cau-
sa sit exhęredatus, h. d. ipse in summa in prin. illius tituli. C. de lib.
pręte. præterire cum cā, est, cum lego aliquid filio meo, nec nihi
tuo, & dico filium: filius meus committit talem causam: tu ergo
dixisti, ꝙ semper dixit filius meus pręteritus ipso iure nullum, si-
ue in prætentione sit inserta cā, siue non, quid ergo operetur in-
5 serere cām, hoc turbauit Azo. † Dico, ubi est causa inserta, dicit te
stm̄ ipso iure nullum, si pr̄ meus prætetiuit me ex tali causa, quæ
certa nō est, unde peto hrditatem ab intestō: unde lata snia super
hac falsitate causę, nō propter hoc testm̄ irritatur, sed declaratur
retro

ADDITIO.

a Suus præteritus, Adde Bar. in l. in suis. ff. de lib. & posthu. vbi dicit, ꝙ suus pręteritus dicit testamentum nullum, uel uenit per contratab. quando est talis conditionis. quod in eum continuatur dominium. ∴ quod suus de iure ciuili sit hęres nomine, & effectu, licet secus de iure pretorio, vide per eundem in l. pro hærede. §. Papinianus. ff. de acq. her.

retro fuisse nullum, enim istis diffcultatib. intellm geris ea, quæ dixi: vñ mihi trussa, ꝙ pteritio fiat cum cã, immo dico, ꝙ sit sub silentio, & quod dicit lex de cã inserenda refert se ad cãm exhrdationis, non pteritionis, nisi vbi exhrdationis præterito hẽt vim, vt in matre. sic intelligo Auth. vt cum de app. cogn. §. aliud. p auth. innouatur aliud. quia olim sufficiebat dicere, exhrdo filium, qa ingratus est, vt ff. de inoff. testa. sed per Auth. præallegatam, vt cum de appel. cogn. §. aliud. oporret inserere cãm ingratitudinis nominatim. Itẽ per Auth. † allegantur causæ ingratitudinis, & sunt quatuordecim, quibus filij, vel descẽdẽtes in testamẽtis parẽtum, & suorum ascendẽtium exhæredari possunt, septẽ quibus parẽtes, & ascẽdẽtes possunt exhrdari in testamẽtis suorum descẽdẽtiũ. Tres in quibus frater in testamẽto fratris, vt in Auth. vt cum de appel. cog. §. aliud. & §. hoc quidẽ de parẽtum. & in Auth. de nup. §. ingratitudinis. vř totum econtrario, ꝙ filijs magis est debita hæreditas parẽtum, q̃ ecõtra, arg. ff. de inoffic. test. l. nam & si parẽtibus. vnde liberi exhæredarẽtur in testamẽtis filiorum, q̃ econtra. certe hoc considerato, ꝙ tu dicis, bñ arguis, sed alio respectu sumuntur istæ causæ, maiorẽ reuerẽtiam dẽt filius patri, q̃ ecõtrario, vt ff. de iusti & iure. l. veluti. & iõ plures causæ ingratitudinis sunt, p quas possunt filij exhrdari a parẽtib. quam econtra. Itẽ maior est obligatio patris ad filium, quam fratris ad fratrẽ, & iõ plures sunt causæ ingratitudinis ad patrẽ, p quas pt priuari pr in testamẽto filij, q̃ frater in testamẽto fratris. Itẽ p Auth. innouatur aliud. quorum psona in testamentis factis in castrẽsibus, vel quasi, non agetur querela hodie p Auth. in castrẽsib. & quasi hẽt locum querela, vt in Authẽ. vt c. de app. cog. § & hoc quidẽ de parẽtum. Itẽ aliud est innouatum p auth. quia filius iure C. repellebatur a querela, si habebat quartam eius, quod erat habiturus ab intestato, vt C. eod. l. quæritur. hodie illa quarta est ampliata, & est redacta ad triẽtem, vel semissem fm numerum liberorum, si sunt tres liberi, vel quatuor. bonorum subsidium ex hæredit. est tertia pars partis suæ, q̃ hẽret ab intestato, si plures sint filij, quam quatuor, iuuni bonorum subsidium est semis eius, ꝙ ab intestato eẽt habiturus. Si igitur sint quinq; filij, vel plures hẽt dimidiam eius, quod habiturus eẽt ab intestato, nunquid veniãt in computatione filij rite exhrdati, qui non possunt conqueri? dico, quod non faciet partẽ exhrdatus, immo computabitur ac si esset mortuus, quia exhæredatus p mortuo hr, vt ff. de coniugen. cum eman. libe. c. us. l. 1. §. si pater aliud innouat Auth. qa iure. C. & Auth. de triẽ. & semis. sufficiebat quoquo relicti titulo relinquere debitum bono. subsidium,
7 † hodie iure nouissimo dẽt relinqui iure instõnis. hoc est verum, si fiat testm. si non fieret, frustra quæreretur de hoc, qa nec q̃rela hẽret locũ, sic loqtur Auth. vt cũ de app. cog. §. aliud. Azo tangit hoc in summa sua, ꝙ olim sufficiebat quoquo relicti titulo, & titulo legati. hodie iure instõnis. dicit Azo, legatarius est verbis, qa cum hrs est institutus in re certa alio instituto, hr pro legatario, vt C. de hær. insti. l. quoties. vnde dicunt honorati, ꝙ dẽt hẽre iure instõnis, vnde honor tituli considerant solus, quia iure secundũ eos, nulla est dña, siue habeat titulo legati, siue titulo istitutionis, dico, ꝙ verum est, ꝙ institutus in re certa, habetur tanquã legatarius institutis adeuntibus, sed si instituti non adeant, immo repudiant, vel moriuntur ante aditionem, totum accrescit illi instituto, qa hẽt suum bono. subsidium iure institutionis, ff. de hær. instit. l. 1. §. si ex fundo. sed si eẽt legatarius, qa hẽret titulum legati tutis non adeuntib. annullaretur testm, vt C. de fideic. l. eam quam. Vlt. innouat Auth. iure C. & ff. rupto testõ. p q̃relam legata nõ debebãtur. dicit Azo, distinguo, aut fit exhrdatio non rite, qa nõ fuit inserta cã, & tunc debẽtur oĩb. sed si inserat iusta cã, q̃ postea pbat falsa, rupto testõ p querelã, nullis debẽtur, dico, ꝙ dt verũ, vñ ibi dt, inserta cã exhrdationis, & actum fuit q̃rela, & obiẽtum, qa inserta fuit cã falsa, & si ruptum est testm p q̃relã non debẽtur legata, sed vbi nõ fuit inserta cã, bñ concedo, ꝙ legata valẽt. & debẽtur & est rõ diuersitatis fm Azo. qñ non est inserta cã, hr p prætentione talis exhrdatio, & sic testm quo ad instõnẽ est ipso iure nullũ qa ipsum ius facit ipso iure nullum, nec legata quo ad instõnẽ, & legata, q̃ non inspiciunt instõnẽ, quia ipso iure nulla sunt, manent firma, sed cum inserta est cã, testm valet, & iõ legata depẽdẽt ex instõne, cũ sit aliqua, & iõ instõne rupta rumpunt legata, q̃ ex ea depẽdebant. hæc rõ non placuit c. ño, vt gl. vñ dixit, qs peccauit plus, vel pr, q exhrdauit filium, nec adiecit cãm aliquam; vel pr, q exhrdauit adiecta falsa causa. dico, ꝙ ille plus peccat, q adiecta falsa cã eũ exhrdauit, & iõ plus punit, quare legata ĩpugnato testõ p q̃relam, non debẽntur, sed primo casu debẽtur. dictum est, ꝙ p lineam masculinam, si sint exhæredati habẽt querelam, si sint prætеriti, habent contratabulas, lex dicit, ꝙ fratres vtrinq; coniuncti, concurrunt ab intestato cum parẽtibus ad successionem fratris, quando rumpetur p parẽtes testamẽtum filij eo impugnato p querelam, vel p bo. poss. contratabulas, & sic est reducta ad causam intestati, concurrẽt ne fratres vtrinq; coniuncti cum parẽtibus ad successionem fratris, dicunt quidam, ꝙ sic, arg. in Auth. de hæred. quæ ab intest. defe. §. relinquẽdo. sed dic, ꝙ non, & solùs sicut dixi s. in prin. huius tituli, de fratribus vterinis, & de consanguineis, & vtrinque coniunctis, &c.

De hæredum qualitate, & differentia. Rub.

HAEredes autem. Dr hic, ꝙ sunt hrdes qdam necessarij, vt serui: sunt enim hæredes, uelint nolint, si instituant. & pro hoc incommodo habent, ꝙ bona, quæ acquisiuerunt post mortem domini, qui eos instituit, antequam se immisceant hrditati, illa habeant propria, & fiat separatio eorum a bonis defuncti, ut illa habeant propria, nec p creditores vẽdicabuntur. dicit gl. post mortem domini acquisiuerit, si ante aditam hæreditatẽ, male dixit gl. in necessarijs hæredibus, vel suis necessarijs non est aditio, sed immistio, vnde bon. possess. si immistio est acqsita, põt petere separationẽ, non post immistionẽ põt petere, vt separetur, nisi sit minor, & ad hoc petat restitui, ff. de mino. l. ait prætor. §. non solum.

1 *Titulus de coniungen. cum eman. libe. an sit correctus, & sic est sublata differentia emancipationis, & patriæ potestatis.*
2 *Suus, & necessar us ditur ille qui est proximior testatori, tempore mortis, & hoc ab intestato, non ex testamento.*

§. Si autem necessarii. Dicit glo in illo §. sup verbo, succedit, ꝙ si habeo filium emancipatum, & nepotem ex eo in potestate mea retẽtum, de iure ciuili ad successionẽ admittebatur nepos, filio excluso, sed p edictum. ff. de coniung. cum emancipa. libe. simul admittebatur filius emãcipatus, & nepos ex eo in potestate retẽtus. sed dicit gl. hodie correctũ est vt simul admittantur, cum hodie sit sublata omnis differẽtia, quæ fiebat iure emancipationis, vt in
1 Auth. de hæred. quæ ab intest. deferun. † dico, quod illud edictũ de coniung. cum emanc. lib. non est in totum correctum, immo in tali testamento, in quo veniunt prætеriti p cõtrat ab. in hoc est correctum, quia in casu prætеritionis maxime fuit inuentum. ita intelligo legẽ. ff. de coniung. lib. circa principium, vñ ab intestato cõfiteor eẽ correctum, & sic loquitur Auth. d hæred, q̃ ab intestato deferuntur. sed in successione ex testõ nõ est correctum. dt lra, si filius desinit eẽ suus hrs, incipit eẽ nepos, &c. acciperẽtur improprie illa verba, desinit eẽ hrs. qa uno pre nõẽ hrs filius. inducebat Dñs meus ista, q̃ hic allegantur ad casum arduum. Quidam obligauit se sic: promittebat. n. ipse. ꝙ non acquireret, nec hæredes sui sub iurisdõne talis, & hoc pmisit sub pena, acquirit filij eo viuo, an commissa est pena. vř, ꝙ non, quia acquisiuerunt filij, nõ hæredes, quia viuus non habet hæredes, vt ff. de hrd. vel ac. vẽd. l. 3. dicit tamẽ Dñs meus, ꝙ opinio vulgi est respiciẽda, verum cũ sic promittit, quia nec ipsi, nec hæredes sui, &c. an p hrdes suos intelligantur filij sui, & necessarij? quidam quod necessarij tantum. Pone, filium meum, qui est meus, exhrdo, nepotẽ ex eo in ptãte mea retẽtum, mihi hrdem instituo, quis erit hrs mihi, iste nepos suus? non, qa hẽt alium añ se tpe mortis testõris proximiorẽ. Itẽ necessarius, ex quo non est suus, dicit Pla. est anomalus. dico, ꝙ est suus, & necessarius, casus legis est, ff. de acq. hær. l. q alienа §. interdum. opponitur, quod non est suus, quia hẽt pximiorẽ añ se dico, quod nõ hẽt, qa exhrdatus pro mortuo hr ff. de coniung. cum emancip.
2 lib. l. 1. §. si pr. † Azo. aliter dicit, ꝙ ille, q est pximior testatori tẽpore mortis, est hrs suus necessarius. verum est ab intestato, nõ ex testamẽto. ff. de acq. hær. l. qui aliena. §. interdum.

1 *Hæres extraneus dicitur, qui nõ est in potestate testatoris, tempore mortis.*

1 §. Cæteri. Hic dr, ꝙ est hrs extraneus, q nõ est in potestate testatoris. † vñ hic accipitur hæres extraneus omnis eo, q non est in ptãte testatoris tempore mortis, & sic emancipatus, extraneus, alias emancipatus, non est hrs extraneus. ff. de oper. liber. l. fabriles. & l. liberti, libertæq;. licet ibi dicat gl. ꝙ emãcipatus sit extraneus, in falsum dicit. item dicit tex. ꝙ in extraneis hæredibus, qui apti sunt hæreditatem capere exigit, ꝙ sint apti tribus temporibus, ad hoc vt valeat instõ facta ex eis: est ne hoc verum de pura instõne, & conditionali, tempore mortis. est tps impletæ cõdõnis, vñ dicit lra, medio autẽ tpe inter factum testm, & mortem testatoris, hoc refertur ad puram cõdõnem instõnis. hoc referẽ vbi fuit instõ facta sub cõdõne, vnde mors testõris inspicitur, ꝙ sit capax legatarius tempore mortis in puro legato, in cõditionali, vel in diem, ꝙ sit capax tempore impletæ cõdõnis, vel diei aduenientis. hoc probatur ff. de leg. j. de bon. pos. cõtab. l. interuenit. in hæredib. necessarijs duo tempora respiciẽtur. tempus testi, & mortis, vt qñ seruus instituitur, vt ff. de hæred. inst. l. si alienum, & l. seruum. in suo, & necessario dicit glo. inspici tps mortis tñ, & pro se inducit s. e. §. sui. Põt dici fm lo. ꝙ si q̃rat qs sit necessarius, & suus, inspicitř tm tps mortis, sed q̃re, an sit necessarius, sed de capacitate, ꝙ inspiciatur duplex tps mortis, & testi, vñ in necessario vtrum tantum ad hoc, ꝙ sic hæres, quæritur in illis duobus, s. in necessario tantum, sed in extraneo tempus acquisitionis, potest esse longe post tempus mortis testatoris. Dicit alibi glo. quod in suo necessario inspicitur tempus acquisitionis, in successione ex testamento, sicut in extraneo. dico, quod hoc falsum est, ff. de acquirẽ hæredit. l. in necessarijs. § nunquid erit ab intestato. & inspiciuntur duo tempora, s. mortis, & aditionis, si quæratur de capacita

te

te circa hīditatē ab intestato, tp̄s instōnis nō pōt inspici, qa ibi nō
est hīdis institutio. Si q̄rat de capacitate legati, si purū, mortis tp̄s
inspicit, vt tp̄: mortis testatoris sit capax legatarius. si ɔdōnale, tp̄s
ɔdōnis, vt ff. de iur. fis l. 3 §. c ff. & ff. de leg. p̄st. l. intercidit. de fidei.
vniuersali quidam dn̄t, ꝙ exigitur capacitas trium temporum, sicut
in hæreditate directo relicta. arg. ad Trebel. l. facta. §. pe.

§. Testamenti factio, &c.

Testamenti factio duplex, scilicet actiua, & passiua.

Adire proprie est in hæredibus extraneis, in suis immiscere, & abstinere.
1 *Suus est hæres re, & iura directa habet inseparabilia, habet tamen beneficium abstinendi per prætorem.*
2
3 *Hæres per confessionem inuentarij non tenetur legatarijs, nec creditoribus hæreditarijs vltra vires hæreditarias.*

1 §. Extraneus autem.

† In extraneis hīdib. est ꝓprie adire: vel repudiare, I
a suus immiscere,ᵃ & abstinere. caue, hic sunt quatuor proportiona
bilia, īmiscere & abstinere, adirē & repudiare. sui. n. q̄ cito est mor
tuus testator sunt hīdes sed ꝑ p̄torem dat̄ eis facultas abstinendi.
2 Glo. q̄nq; dicit, † ꝙ suus est hīs, verum est noīe, alibi dicit verum,
est, si se immisceat, dico, ꝙ est hīs re, & iura directa hēt insepara-
bilia. vn̄ dico, ꝙ p̄tor dat ei facultatē abstinēdi, n̄ posset facere p̄tor
ꝙ q semel ē hīs, desinat eē hīs, vt J. de bo. pos. §. quos aūt. aū instō.
nē pōt se abstinere ꝑ p̄torē. ṡ. eo. §. necessarij. sed nō post, vt hic. vn̄
ad acqsitionē nō indiget aliquo actu, immo ipsum ius sibi acqrit
sed ad abstinēriam ante indiget p̄tore: qa post non posset abstine-
re. ista sunt no. Scis tu, quare dicit gl. ꝙ i bo. pos. vn̄ agnati, possunt
succedere ꝑ ius ciuile. Pone, hēo suum hīdē in p̄tāte, & hēo agna
tos, decedo deīde, suus abstinet se, agnatus quomodo habebit bō.
poss. vn̄ agnati, si nō fuisset suus, agnatus posset succedere ꝑ ius ci-
uile, suus licet se abstinet, remanet hīs, vn̄ licet ꝑ p̄torē posset ab-
stinere, q̄ncunq; ad cōmodū, semper tamen habet iura directa, q̄
ab ipso sunt inseparabilia: vn̄ si alius admittatur, non habebit iura
directa, sed solum vtilia: vnde impossibile est alium hīdē esse, sed
solū bo. po. & oī iure verum, ꝙ quis hīs semel sit semꝑ remanet
hīs, quoad iura directa, dēs scire iure antiqssimo, si hīs adibat hę-
reditatē, tenebat̄ creditorib. & legatarijs, fm̄ modum traditum, vt
ff ad Treb. l. j. §. si quis quadragita. hodie habemus duas ɔstōnes,
3 C. de Iudæ. l. sancimus. † si hīs adiuit indeliberate, & non petita d̄e-
liberatione, & fecit inuētarium, habet istud commodum, ꝙ quar
tam detrahit de legatis, & fideic. nec tenebitur creditorib. hęredi
tarijs vltra vires hæreditatis. Si adiuit deliberate, i. si non fecit in-
uētarium, tenetur omnibus legatarijs insolidum creditoribus vl-
tra vires hīditatis. Pone, petijt deliberationē, & fecit inuētariū. &
sic dirigit in vno ɔ formam illius l. sancimus, quia vult lex illa, ꝙ
deliberate adeatur hīditas, & ꝙ sic fiat inuentarium, hoc casu te-
nebitur omnibus creditoribus insolidum, sed n̄ legatarijs, immo
detrahit Falc. vt C. de iure delib. l. scimus. §. ili vero post, & §. pē.
si vero non fecit inuentarium, & petijt deliberationem, tunc pec-
cat ɔ vtrunq; dictum illius legis, & iō punitur, qa tenetur credito
rib. insolidum, & vltra iura bonorum hīditariorum, & nō detra-
hit. Falc. vt l. l. sancimus. §. si qs autem. & ꝙ illa lex velit ista, l. quod
cum deliberatione adeat, & ꝙ faciat inuentarium, dicit lex illa. §.
sin autem dubius. si igitur nō tenet viam legis, amittit priuilegiū
legis, vt hic, & C. de paci. conuen. l. vlt.

ADDITIO.

a *In suis immiscere. Adde, nunquid in dubio suus, & necessarius præsumitur immiscere. Bar. in l. nam nec. ff. de leg. j. Aduerte tñ, ꝙ suus abstinens se ab hæredita te patris, potest infra triennium abstensionem suam reuocare, si bona patris non sunt alienata, secus in emancipato. secundū Sal. in l. filio pater. ver. item propter. ff. de leg. j. alleg. l. fi. C. de repu. habetur in l. quis suus, ff. de iure delib.*

1 *Ratihabitio mentalis non inducit obligationem.*
2 *Cogitatio mentalis nullo actu declarata, nullam inducit obligationem.*
3 *Institutus si dicat, nolo adire, an dicatur hæres.*
4 *Electio valet si quis dicat, nolo eligere.*

§. Item extraneus.

Ibi dr̄, ꝙ ēt hīs extraneus institu
tus in testō, vel ab intestato vo
catus ad hæreditatem legitimam, nuda voluntate. pōt eē hīs. di-
cit glo. super verbo, nuda. oportet tñ, ꝙ extrinsecus declaretur ali-
1 quo modo. h. d. gl. & bn̄, sed nescio vtrū iure hoc aduertat. † Vnde
q̄rit, nunqd ratihabitio mētalis nullo mō expssa inducat oblōnē.
Pone, aliquis gessit negocia mea, ego ratū habui, nullus scit, tuſt
ego & Deus, nunqd hēat effectū inducēdæ oblōnis. Vel donaui
alicui in mente mea, si nō pōt constare, si inducat oblōnem talis
mentalis cogitatio, si venirem ad confessionem, tenerer soluere,
ex quo essem obligatus. dic, ꝙ non sum obligatus, vn̄ voluntas, q̄
ɔstare nō pōt ꝑ actū aliquem exteriorem, de iure nullam inducit
oblōnem, sic intelligo leges, q̄ dn̄t, ius nō deficit, sed ꝓbō deficit,
l. duo sunt Titij. ff. de testa. tut. legauit testōr Titio fundum, nesci
tur, de quo intellexit. dn̄t Doct. ius non deficit, qa vni est fundus q̄
situs, sed ꝓbō deficit. immo dico, ꝙ nullum est q̄situ ius fundi, als
icōueniēs sequeretur, si dicas ius est q̄sitū vni, ergo certum est hīs
dē nō eē dn̄m, ergo si caderet a possessione rei legatę, nō hēret rei
vend. vt ff. de neg. gest. l. Pomponius. §. sed & his. vnde intelligo
legem illam sic. in possessione ius non deficit, quia si esset certum
de quo sensit testator, planū est, ꝙ ei acquireretur. sed ex quo non
2 pōt eē certum, nulli quæritur. vnde dico, ꝙ cogitatio mētalis nul-
lo actu declarata, nullam inducit oblōnem, vn̄ q cogitat esse hīs
nō est hīs, nisi aliquo actu declaret, vt si facit ea, quæ ꝓprie sunt
hīdis, vt coli vineas, terras, vt ff. de acq. hęr. l. pro hęrede. hoc verū
de eo, qui pōt eē per ius ciuile, sed q ꝑ prætorium, vt ff. de bo. poss.
per istos actus non obligatur, vt C. de iure delib. l. j. vnde Dn̄s dn̄i
mei dedit consilium cuidam mulieri: ipsa erat cognata cuiusdam
defuncti. colunt vineas, reparant domos hæreditarias, veniunt po
stea creditores, ipsa dicit, ꝙ nō est hęres. quæritur an per istos actus
videatur hīs? dicebat ꝙ non, vnde ꝑ istos actus animus adeundi
probatur in suo, non emancipato. dico, ꝙ hodie cognatus de iure
ciuili potest adire, vnde per istos actus obligatur, nisi protestetur,
vel alias probetur de contraria voluntate, vt ff. de acq. hæred. l. pro
hærede. quia non potest esse bo. poss. nisi prius petita bon. poss. ho-
die nisi prius agnita, vt C. qui admit. ad bon. poss. l. pe. & ideo per
istos actus non v̄r agnouisse hæreditatem, planum est, ꝙ adeundo
fit hęres. vel alio modo declarata voluntate sua. ꝙ velit hæres esse:
sed si dicat, volo esse hæres nunquid est hæres? dico, ꝙ sic quia esse
3 hæres, est declaratio voluntatis adeundi. † Sed pone, dicit, volo adi-
re: dicunt quidam, ꝙ non est hæres. quia non sequitur, volo curre-
re, ergo curro. sic ego volo adire, ergo adeo. respōdet ad arg. volo
currere, ergo curro, quidam sunt actus voluntarij: vt vēdere. eme-
re: in illis verum est, ꝙ sequitur volo vendere, ergo vendo: sed
currere non est actus meræ voluntatis, immo exigitur alius actus,
4 non sola voluntas ꝑ se. † Istud esset vtile in electionibus, si quæra-
tur ab aliquo, vis talem eligere. & dicat, volo ipsum eligere. tm̄ va
let ac si diceret, eligo talē. de hoc habes C. de contrahē. emp. l. in
ementis. Pone, dicit institutus. nolo esse hæres, nunquid repudiat?
dico ꝙ non, ille q deliberat, pōt dicere, nolo esse hæres, dum deli-
berat, si velit esse hæres: sed si dicat, volo non esse hęres, repudiat,
vt ff. ad Treb. l. filii. §. j. vnde non est idem dicere, nolo, & non volo
alij dicunt, ꝙ nomina, & verba transposita idem significant, certe
non est idem vi verborum, & tamen periculosum esset hæredi di
cere, non volo esse hæres: quia minus confuso sermone loquere-
tur, arg. C. de do. promiss. l. vlt.

De Legatis. Rub.

1 *Legata, an sint pars testamentorum.*
2 *Legatum petitur tribus actionibus, & quando.*
3 *Legatæ rei dominium, quando transeat directa via in legatarium.*

Post hæc videamus, &c.

Quidam dicebat, ꝙ test. non valet sine legatis, qa caput nō valet sine mē
bris. Instō caput ē testī, aliud est expressum J. e. §. ante
hīdis. ergo cum daret mēbra, hæc sunt legata, qa testm̄ licet sit ibi
instō, nō valet nisi sint ibi legata, alias eēt ponere caput sine mem
bris, dico ꝙ in duob. verbis pōt fieri testm̄. Titius hæres esto, vel si
ne liberis esto, vt ff. de hær. insti. l. j. §. q valet. dicit lr̄a de testamētis,
quæ sunt via acquirēdi vlr, immo dēt dicere de alijs vijs acquirē-
di per vniuersitatē fm̄ quod promisit. ṡ. per quas personas nobis
acqritur. § fi. sed hoc non facit, immo de legatis, quę sunt via par-
1 ticulariter acqrēdi, dicit eo, † quod legata quasi eadē sunt, immo
pars testamentorum, iō post tractatum de testīs, tractat de legatis
& ita no. quod quæ pene eadē sint, in ɔstōne ponenda sunt, ut C.
de vet. iu. enucl. l. 2. §. ne autē, quia liberis. & hęc est optima conti-
nuatio, quæ pene eadē sunt, & c. in ordine rubricarum, licet dicat
2 glo. † ꝙ legatum quibuscunq; modis sit relictum, petatur trib.
actionib. vt C. cōia de leg. dicebat Dn̄s meus, ꝙ ipse vidit, ꝙ im-
mo eadē, quia agebantur personali actione, ex testamēto, & hypo-
thecaria dicit gl. hoc est impossibile, immo vna tantum dēt eligi.
vt ff de leg. a. l. cum filius. §. varijs. dico falsum, lex illa non dicit, ꝙ
ꝑsonalis, vel hypothecaria possit intētari simul. § ille varijs. loqui-
tur de rei vend. & de personali ex testamento, & in illis dicit, ꝙ n̄
possunt intentari simul, de hypothecaria quomodo loqueretur,
qa hypotheca tpe illius §. non habebat locum sed per l. j. C. cōia d̄
leg. fuit introducta. dices, ꝙ per iura allegata, electa vna tollitur a-
lia, ff. de tribu. l. quod in hærredē. §. eligere, cum concor. & sic per-
sonalis, & hypothecaria non possunt simul intētari, licet rei vend.
& hypoth. vt Auth. de fideicom. §. sed ne ad res. & hoc modo glo.
ff. de reg. iur. l. nemo. §. quoties, iura, quæ dicunt, ꝙ vna eligitur. ve-
rum est constitutis ad rē, vn̄ rei vend. & ꝑsonalis ex testamento si-
mul nō cōpetūt, sed altera illarū, & hypothecaria sic. qa licet sint
ꝑ eūdē, nō tn̄ ad idē. Dicit gl. ad hoc, ut cōpetant istę tres actiones
ꝓ legato, oportet ꝙ sit legatū in spē, & res sit testōris, si eēt in gn̄e,
licet testōris. non cōpeteret rei vēd. si ex testō, & hypoth. qa cū est
legatum in gn̄e, non transit dominium, & est incertum legatum
alternatiue, hēt ne locum rei uēdicatio? Dico, ꝙ non, in l. si in rē.
ff. de rei uend. nam in obligatione est alternatio, non in dominio,
argumē. l. cum is, in fi. ff. de condic. indeb. Itē si sit alienum, quod
est legatum, habet locum rei uendic. Hoc planum est, Sed pone,
quód corpus legatum est hęredis, pōt ne testator transferre do-
minium

minū in legatariū? Dico, q̄ nō, l. j. C. cōia de leg. vñ nō pōt directo legare libertatē suo hrdi, sed p fideicō. De hoc hētis ī. de sing. reb. p fidei. §. libertas. Illæ duæ hypoth. & psonalis nōne se concomitantur oī casu? dico, q̄ sic. Gl. dī, q̄, & inducit leges, q̄ nō simul se ꝯcomitantur; Testor suo debitori legat liberationē, si hēat actionem psonalem ex testō, vt liberet, nō tñ hēt hypothecariam, l. qđ mihi. ff. de lib. le. ff. vt in pos. leg. l. j. §. si debitoris. j. lex de hoc nihil dī. facit ad hoc apparatus ibi. Facit ratio illius legis, sed tpe illarū legū hypoth. erat oī mō incognita, sed inducit p l. 1. C. cōia de leg. gl. op. hic, pro legato habēt locū tres rōnes. ꝯ. actio psonalis ñ cōpetit ad rem meam, ergo si sit res legata legatarij, & hēt rei vēdi. nō pōt ei competere psonalis ex testō. dicit gl. q̄ psonalis ꝯpetit, hoc est rōne possessionis. Sed ꝯ possum agere actione depositi, q̄ psonalis est, & rei vēd. ꝯ depositariū, & tñ depositarius non possidet sed deponēs, & q̄ possit intētari depositi, & rei vēd. pbaī ff. de rei vēd. l. officium. ff. de pecu. l. depositi. & ff. de priui cre. l. si vētri. §. i. verum est, q̄ personalis, q̄ non intentatur ad dandū, & rei vēd. pñt simul intentari, vt depositi, & rei vē. vel ex testō, & rei vēd. Sed ꝯ, ꝯdō intentatur ad dandū, sed certi ꝯdō hēt locum pro legato, ff. si cer. pet. l. certi ꝯdō. cōpetit hæc actio cū legati, & rei vē. p legato competit. ergo personalis, si intentatur ad dandum, & rei vēdicatio cōpetūt. Quidā dicūt, q̄ certi ꝯdō hēt locū, cū legata est pecunia. & nūc cū sit legatū gñs, non hēt locū rei vēdi cō. Possum dicere, q̄ in legatis certi ꝯdō cōpatiī se cū rei vēd. quo rñdet ad l. vltimā. ff. vsufr. quēad. caue. vbi dī, nemo ꝯdicit rē suā, pterq̄ a fure. ī dote dicā, & in testō fallunt rēg. qa p parte sua nemo hēt. vnde pignus rei suæ non valet, de reg. iur. l. neq; pignus. vñ mulier est dña donōnis pp nuptias. ī. de donat. §. j. C. de iure dotiū. l. vbi. & sic fallūt regulæ in dote fauore dotis. sic dicam, q̄ fallunt fauore testamēti, ad legē vltimam. ff. vsufr. quēad. ca. dicā, nemo ꝯdicit rē suā pterq̄ a fure, rē suā factā iure cōi. sed iure singulari, vt in testō. vnđ sine tradōne trāsferī dñiū in legatariū, & hoc iure singulari. Dico, q̄ rei vendicatio, & ꝯdō se cōpatiuntur. hoc fauore testamēti,
2 & dico ēt, q̄ acquirit dñium directum, vnde fauor non excludit cōe auxiliū. & ideo rei vēdicatio, q̄ cōpetit legatario ī fauore, seu
3 iure singulari, non excludet cōe auxilium. l. certi ꝯdōnē: vnde rei vēdicatio, vbi cōpetit singulari iure, se cōpatiī cum certi ꝯdōne, C. de don. quę sub modo, l. j. nec scio, qs fauor hic est ꝯ l. vltimā. ff. vsufru. quemad. ca. Vnde dico, vt primi dixerunt, q̄ non hēt locū ꝯdō, quando est legatum, pro quo habet locum rei vēdicatio, & quando est legatum generis, vt pecunia. §. nō solum autem. &c. Hic tractat de rebus legatis, quæ res possunt legari. Dicit glo. Nō refert, legentur res testatoris, vel hæredis: quia indistincte siue fuerit testator rem suam, vel hæredis, siue ignorauerit, ex quo sua est vel hæredis sine distinctione scientiæ, vel ignorantiæ, valet legatum, & hoc est verum, quia non est distinctio in hoc. scierit, vel ignorauerit, cum legat testator rem suam, vel hæredis, sed aduer
1 te, in alio bñ est dña. † Quia si testator legat rem suam, directa via transit dominium in legatarium, sed si rem hæredis, non: vnde non habet locum rei vendicatio, sed personalis ex testamento. Si res legata sit communis testatori. & alij. distinguit gl. quātum ad illā partem, quæ est aliena: quia si fuit testator sciens, valet, si ignorans, non. Dico, q̄ male dicit gl. quia si legatur res communis indistincte pro parte aliena, siue fuerit testator sciens, siue ignorans illam partem esse alienam, non valet legatum, pro parte, quę fuit testatoris. indistincte valet. Hoc dicit l. 5. §. j. ff. de leg. 2. & est mirabile, quia si testator legat rem totam alienam, & sic sciens legauerit, valet. Hoc est cōtra illam regulam, Quod iuris est in toto, quo ad totum, idē iuris est in parte quo ad partem, ff. de rei vēd. l. quæ de tota. Sed quæ est rō diuersitatis. si dico, lego rem alienam, qua rōne valet in vna parte, eadem valet in alia, ideo cū distinctione sciē. & ignorātiæ valet in totum, s. cum scit testator alienam, alias in nihilum, s. cum ignorauit alienam: sed sic nō est, quādo res est cōmunis: quia qua ratione valeat in vna parte, eadem ratione in alia. immo refertur legatum ad illam partem, in qua testator hēat ius. Et ꝙ ita sit, q̄ quando testator hēt ius in re legata, q̄ refertur legatū ad ius, q̄ hēt testator. habes ff. de leg. 1. l. si domus. §. si. facit ad istam rōnem. ff. de fun. instr. l. si fundus. Cum testator legat rē alienam sciens alienam, valet legatū, & hrs cogitur emere. Intelligē, si potest eam iusto pretio emere. hrs cōpellitur eā emere. sed si nō posset eā rē aliquo mō, vel immēso emere, vt domus regis, ista parua sunt, l. nō dubiū. ff. de leg. 3. §. si. tūc nō tenetur ad æstimationem, & valet legatū. dicit lra. si res aliena legata sit, & hoc scit testator q̄ sit aliena, hrs cogiī emere. Sed ꝯ. qa nemo cogiī emere, vel vendere, vt C. de ꝯhē. emp. l. inuitū, & C. de iure delib. l. nec emere. hec est opi. pueri, licet gl. speciale est illud, falsissimum est si promisisti mihi rem alienam, nonne cogeris emere? Certe sic. Vnde verum est, q̄ inuitus non cogitur emere, nisi præcedat ꝯtractus, vel quasi, ex quo nascat obligatio, ex qua compellitur: vnde hic est ius commune, vt compellatur emere, nec est speciale, & alius casus, vbi quis compellitur emere, vt C. commu. diui. l. 1. §. si.

A D D I T I O.

1 Rem hæredis non. Adde Bar. in l. si hæres. ff. de leg. 1. vbi dicit, q̄ dominiū rei legatæ non transit recta via in legatariū, quando res hæredis est legata. Vide Bart. in l. a Titio. ff. de fur. in l. seruum ff. 17. §. si quis rem. ff. de lega. 1. Aduerte tamen, q̄ dominium in legato alternatiuo non transit, nisi a tempore electionis. Vide per eundem in l. si quando quis, ff. de leg. 1.

1 *Legata re aliena, quæ non est in commercio, non valet, nisi constet de volūtate testatoris quod voluerit æstimationem præstari.*
2 *Legari potest res aliena*
Legari an possit res hostium, & quæ nunquam fuit nostra.
3 *Et quid si stipuletur, quæ nunc est hostium, quæ nunquam fuit nostra.*

§. Sed si talis res sit cuius, &c.

† Hic distinguit gl. si legata fuerit res aliena, cuius gñaliter nō est cōmerciū, aliter nō valet legatū, nec vt pstetē, nec vt æstimatio, nisi pbetī volūtas testōris, q̄ voluerit æstimationē pstari, vt ff. de lega. 1. si qs inquilinos. Sed si alicui sit commercium, sed non hæredi, non impeditur legatum, l. mortuo boue. ff. de leg. 2. §. Labeo. sed si sit commercium regulariter, & etiā hæredi sit commercium, non legatario, gl. distinguit, aut nō est commercium ipsi legatario rei legatæ propter eius vitium, vel propter facti diuersitatem, quia legatur mancipiū Christianum, & ipse est Iudæus, tunc neq; legatum valet, neq; æstimatio ipsius rei datur. & hoc indistincte. vt C. ne Iudæ. mancip. Christia. l. 1. & ff. de le. 2. l. mortuo. §. Labeo. ff. de verb. oblig. l. multum interest. Aut legatarius non habet sibi commercium rei legatæ. s. militiæ propter status conditionē, quia seruus, vel corporis vitium, vt quia ꝯctus est legatarius, & legatum est stipēdium cursoris, & istis duobus casib. dicit gl. si testator sciuit vitium legatarij, præstatur æstimatio, alias non, vt ff. de lega. 3. l. fideicommissa. §. si seruo alieno. & ff. de lega. 1. l. filiusfa. §. si quid alicui. Ego dico, vbi non est commercium legatario ipsius rei legatæ propter vitium corporis, dummodo sit capax, regulariter, & indistincte valet legatum. Sic intelligo l. filiusfa. §. si quid. Sed vbi legatarius non est capax sibi, vel alij, vt seruus, tunc legatum valet cum distinctione sciē, & ignorantiæ. Facit ad prædicta l. multū interest, ff. de verb.
2 oblig. † Res aliena pōt legari, adeo dicit gl. q̄ pōt legari res hostiū & q̄ nunq̄ fuit nrā. De illa, q̄ fuit nostra, sed nunc est hostium, non
3 est dubium. aliud in ꝯtrib. † Vñ si stipuletur rē, q̄ nūc est hostiū, q̄ nunq̄ fuit nrā, non valet stipulatio, ff. de verb. obl. liber homo. ita dicit gl. Sed q̄ est rō diuersitatis in legatis, & ꝯctib. Gl. nititur reddere rationē, qa in stipulationibus inspicitur initium, ff. de verb. oblig. l. si filius. & in legatis inspicitur tēpus cessionis, ff. de reg. iur. l. quę legata. Vnde si stipulatur quis rem, quæ nunc est hostiū non valet stipulatio: sed cū legatur res, licet nunc sit hostium, tñ tpe cessionis poterit esse nostra. & ideo valet legatū de re, quę tpe quo legatur est in hostiū ptāte. Si vis dicere, q̄ inspiciatur dies cedēns legati, nisi legatur res hostiū, & regula Catoniana dī, q̄ legatum nō valet, si testator non decederet incontinēti, ex post facto conualescere nō pōt. & tu confiteris, q̄ ex quo legatur res hostium, si statim decederet testator, nō valeret legatum, etiā si decedat tardius, & tūc cēt sua, nō valet legatum. Vnde si intelligeres regulam Catonianam, q̄ nō valet legatum tēpore, quo legat, propter conditionē rei legatæ, ex postfacto conualescere nō pōt, verissimus est intellectus, & nunquid hic intelligere regulam Catonianam, s. tunc non valet. i. tempore quo legatur, nec ex postfacto conualescere potest. hoc est. quod probatur ff. de reg. Cato. l. j. vnde quantum ad hoc idem posset dici in legato, & cōtractu. Vnde si quæreretur de re, quæ nunc est hostium, an possit legari, si aliquando fuit nostra. idē quod in contractu, quod non valet.

1 *Legatum rei alienę valet, si sciuit testator alienā. sed si ignorauit, nō valet.*
2 *Patrimonij sui vires ignorare nemo præsumitur.*
3 *Legatum rei alienę sciente testatore alienam, an valeat de iure poli.*

1 ## §. Quod autem diximus.

† Hic dī, Si legata fuerit res aliena, valet legatum si sciuit testator alienam, & si ignorauit, nō: nisi ille cui legatum, eēt psona coniuncta, & in dubio incūbit onus probandi ei qui dicit. Ratio bona, quia qui agit, ei incumbit onus pbādi, sed non ad propositum: quia si possideret rē legatam legatarius. cui legata est res aliena, nec eēt psona coniuncta, & cōueniretur ab hrde petēre rē illam, teneī probare testatorem sciuisse alienā: qa ipse pīsumit ignorare, qa non pbat scire. vt ī. de pbōni. l. verius. Sed opponitur, & ostēditur, q̄ ipse sciuerit rem alienam, quia
2 aliena est, & nunq̄ ignorauit suam, q̄ sua est. † qa nemo præsumit ignorare vires patrimonij sui, vt C. de rescin. vend. l. si qs. Dī tñ. q̄ si res eēt testatoris, ex suo ꝯctu non pīsumeretur ignorare suā esse: sed si procurator suus erat, & si non hēt eam ex suo contractu, sed alienā, vel obuenit ei ex successione, tunc potest ignorare probabiliter rē esse suam, q̄ sua est. Itē si procurator testatoris vendidit, eo ignorāte. & sic sua non est, sed aliena, & probabiliter credat eam eē suā, q̄ sua est, vñ ꝯcedo, q̄ nisi sit rō ignorātiæ, non præsumitur ignorare rē suā, vel alienam, vñ non tenet pbare legatarius, nisi q̄ testatorem emerit, vel vēdiderit, ad hoc q̄ præsumatur scire esse suam,
3 vel alienam: qa de facto suo non præsumitur quis ignorans, vt ff. p suo. l. vltima. dī hic, q̄ † legatum rei alienæ, si sciuerit testator esse alienā, valet, & cōparabit eam hæres. Quędam decretalis dicit, q̄ nō valet legatum rei alienæ, & reddit rō: Decretalis dicit, q̄ iure Dei, non iure fori. Videre volumus, vnde præsumpserit illa decretalis,

talis,q qñ dicit lex illa,q pôt legari res aliena,q aufertur vero domino daretur legatario sm voluntatem testatoris. Illa decretalis est extra.de testa c.filius.Sed certe,si maior cętuum annorum promulgasset illā decretalē,esset dignus reprehēsione, vñ non est intelis illius.Illa decretalis pcedit dato,q valet legatum rei alienæ, q scit testôr eē alienā.fm qđ vult ista lex,ex hoc nullū fit pjudiciū dño rei:qa hæres tenetur emere,& si non vult vendere,dabit æstimationem legatario.Certe hoc est bene de iure poli:vnde illa decretalis ex mera ignorantia istorum iudicum fuit facta.

1 *Legata res si efficiatur legatarij ex causa lucratiua,an valeat.*
2 *Res ī oblōne dādi,licet sit pēpta,an possit peti,vel æstimatio, vel vtraque.*
3 *Libellus de legato rei alienæ qualiter debeat formari.*
4 *Libelli concl.in legato rei alienæ,qualiter fieri debeat.*

§.si res aliena.

† Hic dr̄,si legeť res aliena, & facta est legatarij ex causa lucratiua.non valet, ppter regulam,q̄ dicit,impōe esse duas causas lucratiuas in eādē personam concurrere.& in eadē re simul.Si aūt facta est legatarij nō ex cā lucratiua,sed ex cā onerosa:tūc pôt ɔsequi legatarius precīū,actione ex testō.& dicit gl.caute.dēt ɔseq,qa nō petit pciū,sed res licet rē hēat, & sic notabis duo spālia:rē hēo,& peto. Vñ legatarius,cui testator legauit rem alienam sciēs alienam,emit,& sic hēt cā ex cā non lucratiua,& eam petit. Item no.aliud speciale, q rem peto,& pretium cōsequor,vnde aliud petitur,& aliud consequitur.Ista duo specialia videntur contraria,rem peto,& rē habeo, vnum peto,& aliud consequor. Vnde quæritur,quæ est ratio istorum?Dico,q rō istius,rem peto,& rem habeo,est,q † illud debet

2 peti,quod est in obligatione.res semper est in obligatione dandi, & ideo res semper petitur. Et simile,teneor tibi ad Stichū.Stich' mortuus est,post moram adhuc Stichus est in obligatione, & iō petetur Stichus.ff de verb.obliga.l.si seruum.§.effectus.Vnde ad uerte,mortuo Sticho post moram,adhuc Stichus petetur, & nō cadauer:quia si peteretur.acciperetur in conuicio. Vnde Sticho mortuo,Stichus est nomen hominis,quia petitur Stichus.& ista sunt optima argumenta,quia Cæsare mortuo.hæc fit vera,Cæsar hō est:quia Cęsar est nomen hominis mortui, vnde est in petitione.Sed cum Stichus mortuus sit,nō posset esse in solutione: ideo æstimatio veniet in solutione,& in cōdemnatione, quæ similiter proxima est solutioni. Vnde hæc est ratio,q rem peto,& rem habeo,quia res semper est in obligatione. item quia res solui n̄ pôt, quia eā hēo rō est eius,q aliud petitur,& aliud soluitur,vt ff.de ɔfess.l.Iul. Vñ sicut in casu,qui dictus est,interitus rei non facit,quo minus res ipsa,quæ interijt,sit in obligatione,sic pōe est rem,quā habeo,mihi deberi,sed qa habeo eā ex cā nō lucratiua.fingit ius, quod eā non habeat. Vnde hic veritas facit,q res mea sit,& mihi debeatur,si cōuenitur ad solutionem,& cōdemnationem, cum sit mea,sm veritatem nō pôt mihi dari.iō,æstimatio venit in solutionem,& in cōdemnationem,q̄ proxima est solutioni.Ista sufficerent,quantum ad intellectum literæ istius.iñ gl. vult ɔseq illud spēale,rem peto. Hoc ɔtingit ī quattuor casibus. Tertius casus est, vbi rem habeo,& rem peto,vt si vēdidisti mihi rem,& tradidisti: sed non cauisti de euictione,possum rem petere, & ita licet rem habeam, quia mihi deest ius circa eam. Sed quare non ago ad ius illud,quod deficit?Vr̄,q non debeam agere ad rē,qa illam hēo. Ad quid peto,qđ habeo? Sed deberē agere ad ius illud:s. quod mihi deficit. Rō est, quia de illo iure non erat ɔcta obligatio separata, sed erat ɔcta oblō de re.cum suis iuris. Aliud si mihi dēs decem, quia tota decem.& partes eius sunt in obligatione,& ideo si mihi solata sint quinq;,fit liberatio in quinq; solum. De quarto casu, in quo rem habeo,& rē peto.dubium est,vt si ex ɔctu stricti iuris, dēs mihi Stichum,puta ex stipulatione solutus mihi Stichū.& dolo tuo factum deteriorem,licet Stichum habeam.iñ agā ɔ te de dolo,& petam Stichum per actionem de dolo,vt damnum istud resarciat,& si mihi debeť ex ɔctu bonæfidei,puta qa emissem, & eēt mihi solutus,petā non Stichū. licet hērē actionē ex eo ɔctu, si non vī mihi dānū resarciretur. Pone ergo, vbi mihi deest cautio de euictione,dedisti mihi fundum,rē hēo,& rē peto. qūo formabitur libellus?dicā ne sic,pmisisti mihi fundū,vñ peto fundū, Vel

3 pone in casu nr̄æ leg.s.† Si legata mihi fuerit res aliena , puta Stichus,& eū hēo ex cā non lucratiua,quia emi eū rē hēo,& rē peto vt habeā æstimationē,vel pciū,vt dr̄ lr̄a,non vt rē habeā,qa ipsam hēo,qūo formabo libellū? dicā ne sic, In testō, in quo es hr̄s institutus,legatus est mihi Stichus,vnde peto Stichū. Libello sic concepto,impōe est aliud venire in cōdemnatione, quam rē ipsam. Debet ergo sic formari,narrabitur sic factum, sicut se hēt rei veritas,& ɔcludetur,i ex modo concludēdi iudex instruat. Vnde dico sic ɔ hr̄dem, legatus est mihi in testō eius,cuius es hr̄s, seruus Stichus:illum Stichum ego emi,vnde peto Stichum,consequor pretiū,vñ non peto Stichū,vt habeam Stichū,qa illū hēo,Stichū petā,vt pciū habeam. Ex libello dēt iudex instrui,qualr̄ dēt sniam pferre,ad primū modū formandi libellū non instrueretur iudex, nisi cōdēnaret in pciū,sed in ipsū Stichū eē tm̄,sed p modū sm̄ instruit,vt ɔdēnet in pciū,vel æstimatione. Vñ dico indubitanter, q in narratione dēt fieri mentio emptionis,vel illius cāæ, pp quam

4 oportet venire pcium in cōdemnatione.& dico,q † licet de pcio possit omitti in ɔclōne,securius tm̄ est,vt sic concludať, Peto Stichū,vt ɔsequar pciū.vñ dicit lex , Petetur fundus , vt de euictione caueatur,non petetur fundus.vt fundus habeatur , qa iam habetur,sed vt habeatur,quod deest,ff de verb.obl.l.Iulianus.§.i.

1 *Causæ lucratiuę plures nō cōcurrūt in eadem persona directè.sed p obliquū.*
2 *Legare coniunctim,qualiter cognoscatur,& qualiter disiunctim.*
3 *Legatum deficiens,quando accrescat coniuncto.*

§.Hac ratione,si ex duobus,&cæt.

Si mihi fuerit res legata ī testō duorū. puta in testis duob. legatus est mihi Stichus,si ex primo testō ɔsecutus sim rē,postea ex alio n̄ possum ɔsequi æstimationē:sed si ex primo peterē æstimationē,ex alio possum petere rem. Sed ɔ istud est,ff.de leg. j.l. huiusmodi.§. j.vbi dicitur cōtrarium.q si ex vno,primo peterem æstimationē, ex alio non possum petere rem. dicendum est,q hic loquitur, vbi legata est res eadem in testamētis diuersorū,qui diuersi reputantur in l.ɔria:ibi fuit legata res eadē in testamentis diuersorū,q diuersi reputantur vnus, vt sunt hæres & defunctus. Hæres.n.cū defuncto reputantur eadē persona,vt in Auth.de iureiu.a.mo.pstā. in prin. Dr̄ hic,q legatus fuerit mihi Stichus,postea si consecutus fuero Stichū per donationem,non possum petere Stichum ex testō, vnde legatū euanescit,qa impōe est duas lucratiuas cās in eadē psona, & circa eandem rem simul concurrere. Sed ɔ.ff.de leg.j.l.si seruus

1 legatum.§.j.† Dicendum est,plures causæ lucratiuæ non ɔcurrūt in eadem persona directe sed per obliquū sic. Vnde hic habuit legatarius ex causa donationis.s.per seruum vel verius, nec ibi concurrunt duæ causæ lucratiuæ,nec directo,nec per obliquum. Vnde dr̄ ibi,quidam legauit mihi Stichū,deinde donatur seruo meo adhuc remanet mihi actio ex testamēto.Sed si habeo ratū,qđ donatum est seruo meo,non dicit lex illa,q prima actio ex testō manet,qa si ratū habeam donationem factam seruo meo,non agerē ex testamento. Vnde duæ causæ lucratiuæ in eandem rem, nec di

2 recto,nec per obliquum cōcurrunt.† Si eadem res duob.&c.Coniunctim legare est triplex,re tantum, puta ego lego tibi fundum, deinde dico Mæuio,lego tibi eūdem fundū,hoc est legare disiunctum verbis,sed coniunctim re,quia tu,& Mæuius in eadem re legata estis coniuncti. Sed si sine interpellōne diceretur. Seio lego fundum, Titio lego fundū,q nulla fieret separatio, posset dubitari,an essent coniuncti verbis,quia re sunt coniuncti, De hoc nulla est dubitatio,nec mireris,qa dicerentur coniuncti verbis, cum non sit copula,& quia si dico sic: Titio Mæuio lego fundū, coniūcti sunt verbis,& forte idem est,quādo dico continue sine pensatione: Titio lego fundum,Mæuio lego fundum. Et hoc videť vel le l.si ita quis hæredes, ff.de hær. inst. Verbis tm̄ sunt coniuncti, si dicatur sic, Titio lego fundum,& Mæuio lego asinū. Isti sunt coniuncti verbis,& non re.Quæsiui ass,vtrum inter istos, q sunt coniuncti,vt dictum est,haberet locum ius accrescendi. Dixi ass q sic qa verbis sunt ɔiūcti,& illa cōiūctio,q̄ est verbis tm̄, vel re tm̄,est sufficiēs ad ius accrescendi. Ipsi ponūt aliud exemplū,qñ aliq sunt cōiuncti verbis tm̄ , & ita dixit testator, Titio lego dimidiā fundi, & Seio aliam dimidiam. Cōiūcti re,& verbis,vt si dico sic, Titio, & Seio lego fundum.& ista sunt exempla. Sed pone sic, duo sunt hr̄des,nunqđ si dicā,si qiqs mihi hr̄s erit, vel qcūq; mihi erit hr̄s; hēat fundum,nunqđ isti sunt coniuncti re,& verbis? Dico q illi,q veniunt ad legata per hoc signū , qiqs,sunt disiuncti verbis.qa qiqs.distributiuum est.ass non est dubitatio,l.vl.C de impube.& alijs subst.vbi dictū fuit qiquis mihi hr̄s erit , & Mæuius extraneus filio meo impuberi hr̄s esto.ɔiuncti re, & verbis hn̄t vicē vnius, vñ dubitatur,utrumquid oēs hr̄des,q veniūt p hoc verbū,qiqs, veniant in vnam dimidiam.qa erat substitutus filio impuberi dic.q non, immo veniūt p viril. Restat dubitatio,q illi, q veniebāt p verbū, qiqs,iudicabantur ɔiuncti verbis,& sic veniet tanq̄ vnus. Sed pone, dico sic,vobis oibus,& Titio lego fundū. nunqđ illi plures ueniretur in unā dimidiā,& Titius in aliā, si disiuncti uenirēt in portiones qliber p viril. Dico,q si diceretur demōstratiue , vobis oibus venient illi cōiuncti p verba illa,vobis oibus,tanq̄ disiuncti , ac si proprijs noib. noiaretur , qa demonstratio vice propriorū nominū fingitur,vt ff.si cer.pet.l.certū.sed tolle demōstrationē illā , uobis,& q remaneat.oīb.pluralis numeri venūt cōiuncti, & sic per nomē vnius,distinguo, Aut cōueniūt plēs p nomē,ppriū æquocū vt cum dico,duo Titij,& Mæuius.idē est,ac si exprimerentur.pro diuersō.si p appellatiuum dico,hr̄des Lucius Mæuius,oēs isti sūt p cōiunctis,vñ aduerte. Sed si eēt dcm̄,hr̄des mei,& Mæuius hēant tale legatū,& partē,q hr̄des mei ambo vocantur Titij, & heredes mei solum hēbunt dimidiā,& Mæuius solus aliā dimidiā . Sic intellr̄ l.si qs Titio.ff.de instr.accres. Si proprio noie,duo Titij,& Mæuius habeatis tale legatū:tūc qlibet ueniret pro tertia, qa oēs sunt cōiuncti,duo Titij inuenirētur cōiūcti p pluralē applōnē , & Mæuius inuenitetur coniunctus alijs,per copulam, sed sine copula,tunc duo Titij hęredes sunto. Mæuius hr̄s esto,tunc duo Titij erunt hæredes in una dimidia tm̄,& solus Mæuius in alia tantum. Sic intellr̄ ff.de hęr.inst.l.Titius. Vnde omnes sunt coniuncti , qui ueniunt per numerū pluralē, sed est maior coniunctio eorum,q ueniunt sub appellatione,pluręs appellari,cū re coniuncti , quibus

b⁹ legatur res eadē. Pone, dictum est sic in testō, lego Titio decē, & Seio, decem, quantum habebit quilibet? Dices tu, ꝙ legata sūt viginti, & quilibet habebit decem. Dico, ꝙ ambo non habebunt, nisi decem. Nonne dixi, ꝙ sunt coniuncti re, & verbis? Ergo quod legatur vni intelligitur legatum alij, & sic impediūt se concursu, vt quilibet totum habeat, vnde faciūt sibi partes. Si n. essent legata vni vna decem, & alteri alia decem, non essent re cōiuncti, sed verbis tantum, vnde aliud est legare decem, aliud donare. Hoc dicit l. cum quis ita. ff. de verb. oblig. circa prin. & l. stipulō hēre licere §. in stipulone. Si esset dictum sine copula sic, lego Titio decē, Meuio lego decem, habebit quilibet decem, sed copula media inducit duplicem coniunctionem, & realem, vt intelligantur eadem legata decem, & verbalem, de illa planum est, si sit legatum duobus coniūctum re, & verbis, si vnus repudiat, alij accrescit, si disiūctim si vnus repudiat, hoc non dicit litera, ꝙ alij accrescit, sed dic, ꝙ ad alium totum pertinebit, vnde ibi sunt disiuncti verbis, sed coniuncti re, quia si dico, Titio lego fundum, Meuio lego eundē fundū, si vnus repudiat, alius totum habebit, sed nō per ius accrescendi. Si essent coniuncti ambo, & cōcurrerēt, & facerent sibi partem, & vnus auferret alij, & si vnus repudiaret, alij accresceret, sed hic qn̄ disiuncti verbis, non est qui auferat. Vnde si vnus repudiat, alius totum habebit, sed nō iure accrescendi, sed potius iure non decrescendi, sed vbi est legatum pro partib. discretis, & sic sunt disiuncti verbis, sic, Titio lego dimidiā fundi, & Seio aliā dimidiam, si vnus repudiat habet locum ius accrescendi. Sic intellr. C. de leg. l. si Fortidianum. & C. de cad. tollē. l. vnica. §. si vero ad deficientis. Si sunt omnino disiuncti re, & verbis, nō habet locum ius accrescendi. Vnde incremēto certa legata oportet, vt habeant cōiunctionem aliquam, vel verbalem, vel realem: secus in hrēdib. si dicam sic, Titius pro dimidia hr̄s esto, Seius pro dimidia hr̄s esto. isti disiuncti sunt re, & verbis. & hēt locum ius accrescendi, vno repudiante. Hoc non facit cōiunctio, quia nulla est, sed facit hoc, qa non pōt qs decedere pro parte testatus, & pro parte intestatus, sed si sūt ꝯiūcti re, & verbis, vel verbis tm̄, i legatis hēt locū ius accrescendi. Item si re tm̄. hēt alius totum si alius repudiat, sed non iure accrescendi, vt dixi in legatis, si alter est cōiunctus vtroqꝫ gn̄e coniunctionis, s. re, & verbis, illius. cuius deficit portio, & alī⁹ est coniunctus vno gn̄e cōiunctionis. s. re tm̄, vel verbis tm̄. si coniunctus est duob. gn̄ib. ꝯiunctionis, ꝓfert. Sed pone, vnus est ꝯiunctus verbis tm̄ ei, cuius portio deficit, alius re tm̄, qs ꝓfert? Dico, ꝙ bn̄ admittātur, & h. d. l. re coniuncti. si bn̄ intelligatur. ff. de leg. 3. & hēt locum ius accrescendi in portione, an̄ acqsitionē deficiētem. Portio deficiēs post acqsitionem nō defert iure accrescendi. Legatus mihi est, & tibi fundus, & nō agnoui, adhuc repudio, hēt locū ius accrescēdi. Pone, agnoui legatum, postea, deficit quacūqꝫ de cā, non hēt locum ius accrescendi. fallit in vsufructu, in quo, & post acquisitionē hēt locū ius accrescēdi, vt ff. de vsufr. accr. l. si tibi. Hoc est no. de hęr. & Fal. §. si qs. vbi si plures sint instituti, & vnus n̄ implet voluntatē defuncti, pro portione sua, sibi aufert, & alijs accrescit, quærit ibi gl. nunquid inuitis? Rn̄. gl. ꝙ non, ꝗ. sn̄ dicebat, quidam recitabat māin illam. Vn̄ dn̄s meus recitabat hic, sed opponebat, aliud est de iure accrescēdi i legatario, qa inuito nō accrescit, sed hr̄dib. inuitis accrescit, vt C. de cad. tollē. l. vnica. §. his. illud loquit de iure accrescēdi, p edictū C. qn̄ nō per. partes. l. vnica. qđ hēt locū an̄ acqsitionē, sed in auth. illa loquit de iure accrescendi post acquisitionē, ꝙ hēt locū de ęqtate illius Auth. de hęr. & Fal. sed p ęqtatē illius legis, qn̄ nō per. partes, accrescit inuito. Dictum est. ꝙ † legatum deficiens accrescit ꝯiuncto. fallit in trib. casib. lego tibi fundū. & seruo meo, in persona serui mei non valet legatum, & ita deficit, non accrescit tibi, ff. de leg. 3. plane. §. si coniuncti. Itē alius casus est, si tibi, & Titio lego rē tuam, non valet, qa legatum rei tuæ tibi factū nō valet, nec accrescit in totū Titio, vt ff. de lega. j. l. huius. §. si Titio. Tertius casus est, si dicam sic lego tibi fundū, & ei q capere nō pōt, nō accrescit tibi, vt ff. de lega. 2. l. si Titio, & ei, q caperet. & rō est in duob. primis. In primo legatū in psona serui mei est inutile, sed nō prorsus inutile, qa hr̄s si est fidelis dabit, a⁹s velit dare seruo legatū suū, & hortabit sup hoc, C. de necess. seru. hære. inst. l. quidam. §. fi. In secundo casu deficit ius accrescendi, & in legatis inspicitur princip̄r persona legatarij, & persona est præferenda oīb. reb. ff. de in. codic. l. quidam referūt. & ēt vbi pp ꝯdōnem rei legatum non est adeo inutile, & sic est in secūdo casu, neque accrescit. Tertius casus, qn̄ lego tibi, & incapaci, ē certum, ꝙ non habet locum ius accrescendi, qa habetur pro non scripto, Hoc est, quod habes. C. de cad. tol. l. vnica §. in primo.

§. Si cui fundus alienus. Vbi dicit, ꝙ si legat⁹ fuit alicui fund⁹ alienus a testatore sciēte fundū alienum, & legatarius fundi sibi legati emerit ꝓprietatē, & n̄ ex cā lucratiua obuenerit, nihilominus ageret ad totum fundū ꝯ hr̄dē, vt cōsequatur æstimationē totius fundi, s. ꝓprietatis, & vsusfruc. Deinde rn̄det Impator tacitæ obiectioni ibi qa vsusfructus. dt aliquis ęstimatio. vsusfructus nō ꝯsequatur legatarius, qa vsusfructus ex cā lucratiua sibi obuenit, ergo agere n̄ pōt ꝯ hr̄dē ad plenū fundū, vt ęstimationē ꝓprietatis, & vsusfructus consequatur ab hr̄de, qa si ęstimationem vsusfructus consequeretur iam duæ lucratiuæ causæ cōcurrerēt in eadē re, cum parte fundi legati. s. ex causa vsusfructus. dicit Imperator hoc non obstat, quia vsusfructus non est pars integralis fundi legati, nec petitur tanq̄ pars, sed est seruitus, licet ita dictum sit de rigore iuris.

1 *Legatum valet, si testator crediderit rem, quæ sua erat, esse alienam, scilicet alicuius extranei, uel etiam legatarij.*
2 *Opinio in his, quæ solo animo nostro consistunt, magis inspicitur, quam veritas, in alijs magis inspicitur ueritas.*
3 *Dominium in te non transfero, si trado tibi rem meam, credens tuam esse.*
4 *Dispensatio per Papam, an valeat ignoranti.*
5 *Hæres antequam adeat hæreditatem, an debeat esse certus, utrum conditiones sint impletæ.*

§. Si quis. Rem suam. † Hic dr̄, ꝙ si testōr crederet rē, q̄ sua erat, esse alienam, s. alicuius extranei, vel ēt legatarij, & legauit credēs alienā, vel legatarij, valet legatum, quia plus
2 valet, † ꝙ in opinione est, a q̄ ꝙ in veritate est. ff. de acq. hęr. l. is pu-
a tat. Solue istud brocardum. qa aut q̄rit de re, q̄ ꝯsistit in aīo, & tūc ꝓfertur opinio veritati: sed vbi q̄rit de re, q̄ nō consistit in aīo, præfert veritas. Dr̄, ꝙ si testōr legauerit rem suam, quā credidit legatarij, ꝙ valet legatum, cum nō habet animū legandi, ergo non valet legatum, & ꝙ nō hēat animum legādi, ꝓbatur sic. Iura volunt ꝙ legatum rei suæ non valeat, sed testōr ꝓsumit hoc scire, ꝙ si legaret legatario rem suam, nō valeret legatum, ergo si credit rem
3 istam esse legatarij, & ei legat, nō hēt animum legādi. † Item dicit lex si trado tibi rē meam credens tuam eē, nō trāsfero in te dn̄iū, ergo si tibi lego rem meam credēs tuam, nō valet legatū. Hoc ꝓbat. ff. de ꝯdi. cā da. l. dedi. §. subtilius. dices, ꝙ sibi placuit, vel quod possibile est fauore vltimæ voluntatis. Vel dic, ꝙ est dictū pp imperitos iuris. Dic, ꝙ intelligo, vbi testator legat rem suam, credēs, ꝙ esset legatarij, valet legatum: ītelligat valet, vbi testōr credebat aliqd agere, qa forte erat alij obligata. vn̄ volebat testōr, vt lucrerē eam hæres, vt ff. de lib. leg. l. j. sed vbi non credebat testator aliqd agere, credēs legatarij eē rem, quam sibi legabat, dicerem nullum esse legatum. Vnde primo casu loqtur lr̄a nr̄a, & dicit hic, ꝙ plus
4 valet, qđ in veritate est, q̄ qđ est in opinione. † Hoc facit ad illā qōnē. Concesserat Papa cuidam Epō, vt ipse posset dispēsare de clericis suis ipsius Epi, ꝙ hēret beneficium cura m hr̄s dum eēt absēs eo absēte, vel ignorante dispensauit secum Epūs, vt posset obtinere duo beneficia curata illi absēn, & ignoranti, cum ignoraret dispēsationem accepit secūdum beneficium, qđ fuit collatum, agitur ꝯ eū, vt dimittat primum, li. cōte. sup cā illa, venit nuncius. Epi ad eum deferēs ei literam dispensationis, modo dicit ipse, sum securus, q̄rit, an dispēsatio valeat ei ignorāti ff. de in. l. cum furiosus. Dices mala conscientia accepit, cum ignoraret dispensationē factā, & illud n̄ obstat, qa si inuito dn̄o res fuit ꝯtrectata, cōmittit furtū, sed pone, ꝙ dn̄s sm veritatē vult contrectationem, tn̄ credit ille, qui cōtrectat dn̄o inuito, non cōmittet furtū, nec competit actio furti, vt ff. de furtis. l. inter oēs. & Insti. de ob. quæ ex delicto. §. placuit. ver. sed credat. Facit l. impuberē. ff. ad le. Cor. de falsis. ꝙ posset dispensatio proficere ignoranti, inducebatur l. eius qui. ff. si cer. peta. cum ex vltima voluntate acquiratur ignoranti, voluntate testatoris Papę dispēsantis, vel alterius cui collata est potestas a dn̄o Papa. Iura in mundo, quæ melius faciunt ad illam qōnē, sunt ista
5 Dicit lex: hęres, anteq̄ adeat hæreditatem, debet eē certus vtrum conditiones sint impletæ, ff. de acq. hære. l. in repudianda. Verum est in conditionibus, quæ in facto consistunt, vt si institutus fuerit sub cōditione, si nauis venerit ex Asia, debet scire completam esse istam conditionem, antequam adeat, & si ante adeat, non proderit. Sed de conditionibus, quæ consistunt in iure, non debet eē certus, & si adeat, valet. Similiter filius hæreditatem non potest adire, sine consensu patris. Pone delata est tibi hr̄ditas, pater tuus est vltra mare, tu credis eum viuere, & est mortuus, adis hæreditatem, non nocet istud impedimētum constans in iure: ergo cum hoc sit impedimētum iuris, quod aliquis secundum beneficium curatum habens non possit obtinere, si accepit, qui secundū veritatē pōt, quia dispēsatum est, & credat se non posse obtinere, tamē hoc non nocebit, probatur per l. multum. ff. de condi. & demon.

ADDITIO.

a Quod in opinione est. Adde, ꝙ magis inspicitur opinio, quam veritas in his, quæ ex solo animo nostro dependent, in alijs magis veritas, quam opinio inspicitur, secundum Bar. in l. pro emptore, §. si sub conditione. ff. pro empt. in l. gen. ff. de acq. hær. Et quid sit veritas. vide Alex. in consi. 13. incip. In præsenti consultatione, in 4. volu.

---

1 *Legatum, quando videatur quis ademisse.*
2 *Procurator, quādo videatur reuocatus, ꝓpter præsentiā domini in iudicio.*

1 **§. Si rem suam.** † Hic dicitur, ꝙ si legaui rem meā, & postea alienaui eam, quia vendidi ti ex cā voluntaria, non vr̄ ademisse legatū: secus si ex cā necessaria, qa vr̄ ademisse legatū, seu reuocasse. No hoc ff. de adimē. leg. l. rē legatā. Itē si rē legaui, postea obligaui eā, nō vr̄ ademisse legatū, sine distinctione, licet in primo casu distinguatur, vt dixi, hoc est, qđ ꝓbatur ff. de leg. 2. l. fideicōmissa. §. si rē. Per theoricā istarū legum
2 soluebat Dominus domini mei talem qōnem. † Ego cōstitui ꝓcuratorē, ipse sic cōstitutus fuit in iudicio pluries, ego dominus postea

postea interfui vna die, die seq. venit procurator, dr̃ ꝙ dominus
fuit in iudicio, & ideo reuocatus est, nunquid intelligitur reuoca
tus. Distinguebat, aut intercessit dominus ad articulum, ad quẽ
oportebat eum venire de necessitate, puta erat dies assignata ad
iurandum de calumnia, non est reuocatus procurator. Si nõ erat
necessarium dominum venire, vt qui non erat dies assignata ad
li. cõte vr̃ reuocatum, sicut in legato, Lego tibi rem meam, & ec-
ce donatio, quæ legatum quoddam est. Sic constitutio procura-
toris, est quasi donatio. Do tibi potestatẽ cõte.l seu causam, post-
quam legaui rem, sed alieno, quia transfero in alium, vt quia ven
do, sic voluntate reuocatur legatum, sed ex necessitate non reuo-
catur, sed qñ de persona dñi in personã procuratoris transfertur iu
dicium, vel econtra de persona procuratoris in dominum, vr̃
alienari. Quæritur an hoc factum est voluntarie? & videtur reuo-
care procuratorem, si ex necessitate, non videtur reuocatus.

1 *Legatũ quãdo videatur reuocatũ, si testator rem legatã postea obligauit.*
2 *Dominium per venditionem, & traditionem transfertur, non per obliga tionem pignoris.*
3 *Probibitus emere, an prohibeatur pignus contrahere.*

1 §. Iidem rescripserunt eum, &c. †Hic dr̃, ꝙ
si testator rẽ legatam postea obligauit, non est reuocatum lega-
2 tum indistincte, quia non est tanta alienatio sicut prima, quia † p
vẽditionẽ, & traditionẽ transfertur dominiũ, non p obligationẽ
pignoris. Ad quid valet hæc pignoris obligatio, & facit. Duo erãt
barones, vnus promisit alij, ꝙ non acquireret aliquid in terra alte-
rius sub pœna maxima. Venit vnus miles, qui erat in terra baro-
nis, & quia alius baro promiserat aliquid non acquirere, cum in-
digeret pecunia, quoddam suum castrũ obligauit sub pęna mil-
le librarũ, quam mutuauit. venit alter baro, cui facta fuit promis-
sio, & agit ꝯ istum, & dicit pœnam eã commissam, & dicit, Tu p
misisti non acquirere aliquid in terra mea, tale castrum, quod est
in terra mea, pignori accepisti, & sic acquisiuisti, dico, ꝙ pœna est
commissa, & eam peto. Dñs meus dicebat, ꝙ quidam aduocatus
valde magnus dicebat casus legis est, ꝙ pœna non est commissa,
quia dicit lex, vbi quis prohibetur emere, pignus contrahere põt
3 vt ff. de pign. l. in quorum finib. † ergo, vbi quis prohibetur acqui
re pignus põt contrahere rem. nec te moueat verbum, emere,
quia verbum, emere, ad omnẽ obligationẽ se extẽdit, vt ff. de sta.
lib. l. statuliberi. §. Quintus. Quæritur ibi, quis prohibetur acquire-
re. Vel promisisti non acquirere, poteris ꝯhere pignus, hoc est, qa
ibi est alienatio alteri, vni vnius acquisitio, alteri non videtur alie-
natum, ꝙ non est alteri quæsitum, sed quod datum est tibi, vt nõ
alienetur, vr̃ datum, vt alij obligetur, C. de reb. alie. nõ alie. l. fi. Ego
distinguo, aut datur pignori, ita quod non est verisimile rẽ suam
in futurum luere, patet ex quantitate, quæ numeratur, quia quan
titas est maxima, cum ex persona, quæ eam accepit, quia est talis
persona, verisimile est, quod aliam suam rẽ obligabit, quam luat
ista, quia est homo indigens, & malefaciẽs facta sua, tunc videtur
acquisitum, & tunc est pœna commissa, si non est argumentum
legum, ff. de leg. 3. l. qui habebat, & de supel. lega. l. legata.

1 *Testator si partẽ rei legatæ alienauit, in parte nõ alienata valet legatum.*
2 *Rem in feudũ si cui cõcessi, alieno partẽ, vãquã feudatarius totũ amittat.*

§. Si vero quis partẽ rei legatæ. †Hic dr̃, ꝙ
si testator partem rei legatæ alienauit, indubitanter ẽt parte non
2 alienata, valet legatum. Hic est arg. ad q. de feudo. † Do tibi rem in
feudum, alieno partem, nunquid amittis totum? Arg. hic, ꝙ feuda-
tarius partẽ alienatam non amittit. & est arg. ꝙ dicitur, nihil actũ
credimus, &c. C. de his, quib. vt indig. l. vlt. sed optimum est argm̃
& illa ꝯtra, q̃ dicit, quia quod inceptum est hr̃ pro completo. ff. de
auro, & arg. lega. l. & si nõ sunt. § quod ergo. Ego dico, ꝙ si feuda-
tarius alienat partẽ feudi sine voluntate dñi totum amittit indi-
uiduũ, qa q̃ delinqt in partẽ reus est in totũ, qa est q̃dã indiuidui-
tas in feudo, qa si cedit ad me feudũ p parte, nõ eẽt forte sufficiẽs
ex eo, qui seruiret. Vñ lex dicit, si dñs fuit occisus a familia, & hr̃s
institutus aperit testm̃ añ habitã q̃õnẽ de familia defuncti, amittit
hr̃ditatẽ. Sed pone non aperuisse totum testamẽtum, sed partẽ te
stamẽti, dicit lex, sic amittit, qa cum ille, q̃ vendit totũ, ergo & q
partem totum amittit, hoc est quod dicit l. 3. ff. ad Sillan. incipit, si
quis in grau. §. si quis testamentum. & ff. de lega. j. l. etiam.

1 *Liberatio tribus modis relinquitur.*

1 §. Si quis debitori suo. Dicit ibi glo. † ꝙ libera
tio trib' modis relinqt̃
Primus modus, si dicat testor, peti nolo, vel ꝙ debet relinquo, vel
actionem remitto, ꝙ hic liberandus est legatarius ab omni debi-
to, vt hic, & ff. de libe. leg. l. si quas rationes. & l. Aurelio. t. rñ. Secũ
dus est si negocium testatoris gessisset, & testator dixerit, rationes
reddere nolo, & hic ab omni debito liberatur, nisi ab eo, ꝙ penes
eum sit, & ab eo, ꝙ dolo fecit, vt ff. de lib. leg. l. Aurelio. §. si cũ suis
concor. vt in gl. fi. ibidem. Tertius dicit gl. si damnauit hæredem,
ne exerceat actiones, hoc est, prohibuit ne exerceat actiones. Nõ
est idem dicere debitorem peti nolo ab hærede meo, & nolo ꝙ
hæres meus exerceat actionem contra debitorem meum.

1 *Debitor si legat creditori, quod sibi debet, an valeat.*

§. Econtrario †Hic dicitur, ꝙ si debitor legat credi-
tori, ꝙ sibi debet, non valet legatum,
quia in legato debet esse aliquod lucrum, alias non valet: sed si va
let hic nullum lucrum creditor habet. quia nihil amplius conse-
quitur, sed nõ semp habet aliquid amplius, per legatum ipse cre-
ditor, cum legatur sibi suũ debitum, quia ad minus habet hypo-
thecam competentem pro legato. Idem dicẽdum si erat species
debita, compertir rei vend. pro certa specie legata. puta quia debe-
batur ex stipulatione, dicit glo ꝙ non valet legatum, si sit plus pp
hypothecam. Ecce arg. ꝙ facit, ꝙ debet eẽ in legato. Plus quatuor
modis dicitur: nã dicitur plus in hypotheca. Certe al. bi dicit cõ-
trarium gl. ꝙ plus valet pp hypothecam, l. fideicommissa. §. si rẽ,
ff. de lega. 3. Vnde ego dico, ꝙ omnio si plus est in legato, q̃ in debi-
to, vel plus in hypotheca, vel alio modo valeat legatum, propter
id plus, hoc est, quod probatur. ff. de leg. l. si creditor. §. idẽ quod.

§. Quod si in diem. Ibi dicitur, ꝙ si legatũ fuerit
pure debitum in diẽ, vel sub
ꝯdõne, valet legatum, & viuo testatore veniat ꝯdõ, vel dies, nec
est dicendum inutile, pp illud dictum, quod res venit ad casum, a
quo incipere non potest, ergo non debet valere. Dic, solutio est
certa, si recte cõsideretur, quia semel constitit, vnde si res reduca
tur ad casum, a quo incipere non potest ante consummationem,
certe tũc annihilaretur, sic fuit hic. qa tẽpore, quo legabatur, erat
plus in legato, & ita fuit vtile, & æstimatur vtile. Verum est, quod
perfectionem suam non habet legatum, nisi a morte testatoris.

1 *Legatũ de seruo hæredis, si postea manumissus fuerit, an teneatur hæres.*
2 *Pœna committitur contra promittentem aliquid non facere, licet nõ fece rit, sed habens causam ab eo.*
Idem est si aliquis f. e. t, vel habens causam ab eo.

1 §. Si res legata. †In §. illo, ver. si vero heredis, dr̃, ꝙ si
seruus hr̃dis legatus fuerit, & ipse ma
numiserit eum, tenet hr̃s. Idem est, si ille, qui alium habuit ab hæ-
rede, hoc fecerit, qa donauit eum hr̃s, sicut seruum suum, quẽ te
stator legauerit, & donatarius eum manumisit. Ex hoc soluitur
talis q. Quædã vetula hẽbat montẽ fortissimũ, dicebat qdã vici-
nus suus in illo monte posset eleuari castrum, & esset mihi valde
dãnosum. vñ p misit illa vetula, ꝙ ibi non faceret castrũ sub pęna.
Postea vẽdidit montẽ illum. emptor castrũ eleuauit, nunquid pœ
na est commissa contra vetulam. vr̃ quod nõ. qa promisit sub pę-
na, ꝙ non faceret castrũ, & ipsa non fecit. Dico, ꝙ pęna est cõmis-
2 sa ꝯ vetulã. † Quia idẽ est si aliquis faciat, vel hñs cãm ab eo, vt hic
& ff. de ver. obl. l. si seruum. vult gl. no. similẽ q̃õnẽ, ff. de alie. iud.
mu. causa fac. l. 2. & credo, ꝙ non nominat in contrarium.

1 *Legans ancillas cum suo partu, mortuis ancillis viuo testatore, an extin guatur legatum in peculio.*
2 *Legata duo principalia sunt, si testator dicat, lego Stichum cum asino: se cus si dicat, lego seruum cum peculio, & de ratione diuersitatis.*
3 *Legata duo principalia sunt: si dicat testator, lego seruum, & peculium.*
4 *Ingrediens monasteriũ si dicat, do me cũ meis, si d nõ valet ingressus pro pter aliquam causam, nec datio bonorũ: secus si dicat, do me, & mea, et licet non teneat ingressus, quo ad personam, tamen tenet quo ad bona.*

1 §. Si quis ancillas. †Hic dr̃, ꝙ si quis legauerit ancil
las cũ suo partu, & si ancillæ mor
tuæ sint, post testm̃ viuo testãore, extinguitur legatũ in peculio. q̃
est rõ diuersitatis. dico, ꝙ hic diuisio posita inter res, quarum vna
non est accessio alterius, sed quatũ hic coniunctio est. Vñ si dicã
2 sic, † Lego tibi Stichum cum asino, valet quantum si dicerẽ lego
tibi Stichum, & asinum. sunt hic duo legata principalia, sed cũ di
co sic, lego tibi seruum cũ peculio. hic nõ hẽt copulare, qa vnum
est accessio alterius, s. peculium est accessio serui, & iõ si nõ valet
3 in principali, nec in accessorio. Sed aliud eẽt dum dicerẽ, lego ser-
uum, & peculiũ, ꝙ essent duo legata principalia, & iõ licet nõ va-
let, tñ in peculio, & in ancilla, & natus eius si dico, lego ancillã, &
natos eius, semp intelliguntur duo legata principalia, nec vnũ est
accessio alterius, pp nobilitatẽ personarum, vt ff. de ædil. edi. l. in-
4 sulsime. Valet hæc theorica † ad hoc, si quis ingrediatur monaste
riũ, & dicat, do me cũ meis. sed si nõ valet ĩgressus, pp aliquã cau-
sam, tũc nec datio bonorum. Sed si dicat, do me, & mea. tunc sũt
duo principalia, & licet non tenet ingressus, quo ad personam, te
net tamen datio bonorum, & sic bona remanebũt monasterio.

Differentia inter fundum instructum, & fundum cum instrumento, vel fun dum, & instrumentum.

§. Idem est, si fundus legatur. Fundus I
struct'. dr̃
hic. ꝙ si non valet in fundo, nec in instrõ. ꝯ ... ff. de fun. instru. in-
strumẽto q. Si dicam sic, lego fundũ cum instrõ. Dicẽdum est, ꝙ
sunt duo legata principalia, & si vnũ nõ valet, nihilominus aliud
valet. Sed si sic dico, dono fundum instructum, & fundum cum
instrumẽto, hodie sunt pro vno, & licet esset ita, ꝙ essent diuersa
fundum, & instrã per legẽ illam, hodie sunt idẽ per §. illũ. Bene
emanat dña illorum duorum, fundus instructus, & fundus cum
1 instrõ, ad illud, fundus instructus. † Nã qa differentia est inter fun
dum instructum ex vna parte, & fundũ cum instrumẽto, vel fun-
dum

lum,& instrumentum ex alia,& est dicendum,vna non attingit,
qa si prima est,ꝙ si legatis fundis instructis, vtrū legatū vr̄ instr̄m
patrisfamilias,vn̄ vr̄ legatum , ꝙ idē quoq; fundus est instructus,
C.de ver.sig.l.j.in fi. Sed instr̄m p̄risfamilias,ēt vr̄ legatū, qa idem
quoq; fundus est,& instructus.hoc ꝓbat̄ l.ꝑalleg.& ff.de fun.inst.
l.j.l.si cui.& l.q̄situm §.sed si fundus.& sic hēs no. C. de verborū
sig.l.2.& ista dr̄ia est correcta. Alia est dr̄ia, si legat fundus instru-
ctus,alienato fundo non debetur instr̄m , sed si legatur fundus cū
instr̄o,vel fundus est alias instructus,instr̄m debet, vt d.l.si cui.de
fun.instr. Istam dr̄am probat gl.in d.l.2.C. de verb.sig.sed vera est
per legem illam,sed hęc est correcta per.§.istum. † Quia ista duo
sunt æqualia,fundus instructus,& fundus cum instr̄o:,quia fundo
alienato non valet legatum in instr̄o , sed si legatur fundus , & in-
strumentū,fundo alienato bene valet legatū, & instrumentū: vn-
de bn̄ remanet differētia istorum,fundus,& instrumentum,non
istorum,fundum instructum, & fundum cum instrumento.

Legato grege legatū in vna oue retinet, si viuo testatore ad vnā venerit.
Idem dicendum de legato domus,quæ viuo testatore reducitur ad aream.

§.Si grex.

†Pone,grex fuit legatus , mortuo testatore ve
nit ad vnam ouem,valet legatū in illa. Sed po-
ne,viuo testatore venit ad vnam ouem.gl.dicit, ꝙ non valet: ego
dico,ꝙ immo.Idem dicerem, si domus esset legata,& viuo testa-
tore reducatur ad aream,vt ff.de leg.j.si grex.

§.Peculium.

Dr̄,ꝙ si manumissus sit seruus in vltima
voluntate,nō vr̄ ei legatū peculiū,nisi ex
presse fuerit legatū:sed si manumittatur inter viuos, habebit ma
numissor operas, & seruitium , in recompensationē vr̄ peculium
relictum.sed vbi in vltima voluntate manumittitur,cessat ista rō
& iō al̄s n̄ vr̄ ei relictū peculiū , nisi exꝑsse reliq̄rit : & licet postea
possit hēre opas,qa pōt ꝯualescere , tn̄ hoc nō credit,& raro eue
nit ꝙ cōualescat,& refert se ad ea,q̄ sępe,& c.l.nā ad ea.ff.de legi.

Legatum in genere an valeat, & cuius erit electio.
Legatarius vbi hēat electionē,non eliget meliorē,sed mediocrē,& quādo.
Hęres censetur eadem persona cum defuncto.
Hæredes habent interpretari obscuritatem , si qua sit in responsionibus factis positionibus,vel etiam in libello eius,cuius est hæres.

§.Si generaliter seruus.

† Lego tibi seruū in
gn̄e, cuius est electio
debitoris,si debitus eēt homo in gn̄e ex ꝯtu,puta ex cā sigillatio
nis,qa sic est in alternatiua promissione,electio est debitoris, s. ꝓ-
missoris.& ad legē illā r̄ndeo,electio est legatarij, verū est ex post
facto,si hr̄s nō vult eligere, sic trāsfertur electio, vt ff.de sol.l.j.C.
de sol.ista sola mihi non placet,qa si legatur hō in gn̄e,electio ē le
gatarij in prin.vt hic,& ex post facto,ff.de le.j l.si seruus legatus.§.
cū hō.Dn̄s † lo.distinguit hic,& alti⁹ exorditur materiā istā, & nō
valet legatū,qa denariū.dādo n.paleam eēt liberatus. Idē est si in
gn̄e subalterno legat aīal,dādo muscā liberaret, sed in spē spālissi
ma,& hāc appellāt Leg.istę gen⁹,vt hic:qa legat hō,vl̄ equus,tūc
distinguitur,aut sensit testōr de certo,ant nō.si nō,aut legatur res
q̄ hēt a natura fines designatos,sed distinctione hoīs, vt fund⁹,do-
mus. Primo casu,qn̄ legauit seruū simpl̄r,nō distinguo, aut testa-
tor nō hēt res in patrimonio suo , qa seruos non hēt,tūc legatarij
non erit electio,quia ipse eligeret de oībus seruis , q̄ sunt in mun-
do,nimis graue eēt hæredi, vnde hr̄s eliget, sed non deteriorem ,
vt ff.de leg.j.l.legato.& l.qui duos. Vbi legatarius eliget,nō eliget
meliorem,sed mediocrem,ꝙ nisi hr̄s eliget, distinguūt quidā:qa
aut res legatæ sunt tales,& inter oēs reperiuntur aliquæ, quas po-
tius expedit habere,q̄ non habere,vt in gn̄e hoīs est. Ita reperitur
aliqs homo,qd̄ potius expedit non habere,q̄ hēre, tūc mediocris
eligitur:sic intell̄r ff.de le.j.legato. Si sunt tales res legatæ, in qbus
non reperiuntur aliquæ,quas potius expedit non hēre, q̄ hēre, vt
in genere,tunc eliget minimum. Sic intell̄r l.fideiussorem § j.ff.
mand. Si vero ēt res,quæ non habet fines determinatos a natura,
vt est fundus,non valet indistincte,per legem,cum post. §.gener.
ff.de iure dotium.aut est domus, & subdistinguitur , an habuerit
testōr in patrimonio suo domū,& valet legatum, aut non habuit
domum in p̄rimonio,tunc nihil valet,vt l.si domos.ff de leg.j. &
eligit hr̄s,& hēt domos in patrimonio. Rō diuersitatis nō pōt red
di,qa illud in fundo,ꝙ in domo,cum illa distinctione, q̄ dicta est,
ibi voluit reddere diuersitatē: quia legatur fundus, posset legari
fundus vnius digiti,& sic non valeret legatum , sed domū sic non
designabis destinatione hoīs , sed parietis interiectione. l. si quis
duas.ff.commu pd. Si dicas mihi, nisi testōr legat domum,si hēt
i p̄rimonio domos. nunqd hēt legatarius vnā, quā eliget hr̄s. sed
hēt eā eo mō , quo reliquit eā testōr , nec operatur ibi designatio
hr̄dis,etedis n̄,ꝙ si velit hr̄s facere domū aliā , qa illam dare non
posset,vnde si posset hr̄s designare talē , quæ nullius eēt vtilitatis,
& in fundo legato dabitur vnius inqea dispōne , quam, reliquit te-
stator , nec operatur designatio hr̄dis,& ita non erit vtile legatū.
Si aūt sensit testōr de certo,sed ignoramus de quo,erant duo Sti-
chi,& dixit,lego Stichū.& sensit de certo,qa Stichus non est no-
mē gn̄is,sed est nomē certi hominis, vnde sensit de certo,ignora-
tur de quo , hoc casu hęres interpretatur voluntatē defuncti. l. si
qs a filio.§.pe.ff.de leg.j.† qa nullus est, q̄ hēat tantā identitatē cū
defuncto,quantam hr̄s,quia hr̄s eadē ꝑsona cum defuncto cēso-
tur,vt in Auth.de iureiur.a mo.ꝑst.circa principium . Facit d.l.le-
4 gato. † Hęc vera sunt in arg. ꝙ in r̄nsionibus factis positionibus,
vel ēt in libello sit aliqua obscuritas, eo defuncto facienda eēt in-
terpretatio per hęredē. Hæc sunt vera,nisi legetur in gn̄e.s.res cer
ta,planum est,ꝙ dēt dari talis,qualis est, si sit legatum sub alterna
tione , aut legatur sub alternatione dirigendo sermonem ad hæ-
redem,hæres illi dato rem illam,aut illam,quam eliget hęres: di
rigendo ad legatarium. legatarius capito talē rem, vel dicit sim-
pliciter non dirigendo sermonem ad aliquem,electio est legata-
rij,ff.de leg.3.l. Lucius,& l.j.prope finem legis.

1 *Conditio tacita non facit legatum conditionale, quo ad transmissionem.*

§.Optionis legatum.

Ibi dicitur, ꝙ olim lega-
tū optionis erat inutile,si
optabat viuus ipse legatarius.glo.reddit rōnem,qa istud legatum
est ꝯdōnale.s sub ista ꝯdōne,si optaret.& iō si decedebat ante im
pletam ꝯdōnē,s.antequē optaret, nō valet,qa ꝯdōnale: si decedat
legatarius an̄ impletā ꝯdōnē,euanescit,vt C.de cad tol.l. vnica.§.
si autē aliquod sub ꝯdōne. Dices, ꝙ legatum optionis est ꝯdōna-
1 le,hēt ne ꝯdōnē exꝑssam, vel tacitā.† Tacita ꝯdō non facit legatū
ꝯdōnale,quo ad trāsmissionē, vt ff.qn̄ dies leg.ced.l.cū illud.in fi.
& ff.de condi.& demō.l.q̄ extrinsecus.si sit exꝑssa,tunc facit lega
tum conditionale.Quid dicemus? gl.male dicit.Quæ est ergo rō
quare legatum optionis,si decedat legatarius,anteq̄ optet.Ratio
est,quia conditio adhęret personæ, cui est adscripta, legatum op-
tionis hēt cōditionē optandi adscriptam personæ, quæ adhæret
personæ,nec impleri pōt per alium,l.si hæredibus. ff. de condi. &
demon.vnde si eēt dictum in formam conditionis expresse, lego
tibi seruum,quē optaueris,si non optares viuus,non valeret lega
tū,nec hodie valeret,sed hic non est in vim conditionis , iō valet.

1 *Legari potest habentibus testamenti factionem actiue.*
Et ille potest legare,qui habet testamenti factionem actiue.
2 *Differentia an sit inter capere, & accipere.*

1 §.Legari.

† Ibi dr̄.ꝙ pōt illis legari, cum quibus est testa-
mēti factio passiue, & ille p̄t legare, q p̄t testm̄
facere,vt ff.de leg.3.l j.& l.a. Hic enumerantur in gl.cum quibus
nō est testamēti factio,s.q nō sunt capaces in testō alicuius, sunt q
dam capaces, licet in aliquib. posset capere filius de adulterio dā-
natus,& filius incestu sus,in testō eius,cuius est filius capere non
pōt,in alio sic. Itē mulier nubēs intra tēpora luctus,vt C.de secun.
nup.l.2 No.ꝙ quidam sunt non capaces,qui non possunt capere,
nec recipere: quidam,qui licet non possint capere , tamē possint
2 accipere.† Vnde aliud est capere,aliud accipere,& lex facit dr̄iam
inter ista duo,capere,& accipere,vt ff.de verb.sig l.aliud. Vide to
tum tractatū de his,q vt indig. C.& ff.quod aufertur hr̄di primo,
tanquā incapaci,fisco applicabitur. Intelligo de tali capace, q non
pōt capere,& pro non scripto hr̄,vn̄ veniet ad hr̄ditatē , in qua est
institutus,qui capere nō p̄ot,nec accipere ille cui licet deferre ab
intest.non fiscus. Quidā sunt capaces accipere, & nō capaces. In-
stituo hr̄dē,iste non vindicat mortē meā,nō pōt capere hr̄ditatē,
& ad suū cōmodū hēre,sed accipere pōt.adire ꝑ ōr , & sibi rema-
nēt iura hr̄ditatis directa,sed nō commodū.sed hēbit fiscus com-
modū:sed si nō posset eē hr̄s,veniret successor ab intest.& non fi-
scus,sed qa licet accipiēs cōmodū retinere nō pōt.& accipere p̄t,
sed non capere.iō venit fiscus,& ꝙ isti indigni sint hr̄des, & fiscus
hēt cōmodū, ex hoc sequr rō in ęquo, q vr̄ sine rōne, qn̄ hr̄ditas
applicat̄ fisco,legata debētur. Rō ē,ꝙ ex quo nō est, n̄ valēt legata
sed hoc est dicere.s.ille enī aufertur, vnde remanet hæres,licet ei
aufertur commodum. Sic loquuntur iura,ff.de vulg.& pupil.l.ex
facto.§.Iulia. Longinus.ff.de his,quib.vt indig.l.cum tabulis.

1 *Legatum incertis personis,an valeat, & quando*
2 *Legatum factum collegio,an videatur factum certis personis, vel incertis & quid de legato facto pauperibus.*
3 *Incertitudo qualiter cognoscatur in legatis, & an vitiet legatum .*

1 §.Incertis personis.

Infra dicit gl. ꝙ † pauperib.
Itē relinquo collegio , valet
legatum,& tamē legatur incertis personis. Speciale est, ita habes
no.C de sacrosan.eccl.l.j. Dico, quod legatur collegio non lega-
tur certis personis,nec incertis, sed personæ fallæ, seu repræsenta-
2 tæ. † Quia sicut hæreditas repræsentat vnam personam , sic colle-
gium repræsentat personam vnā. Vnde relinquitur personæ re-
præsentatæ.hoc est,quod probatur ff.de fideiu.l. mortuo . Si pau-
peribus relinquitur verum est , quod relinquitur incertis perso-
nis,& sic intelligitur. C.de Epis.& cler.l. id, quod pauperibus . &
